his nō cōteret. Mors peccatoꝝ peſſima: ꝛ
q̄ oderūt iuſtum delinquēt. Redimet dn̄s
aīas ſeruoꝝ ſuoꝝ: ꝛ nō delinquent oēs q̄
Iudica dn̄e no Ps. xxxiiij ſperāt in eo
centes me: expugna impugnātes me.
Apprehende arma ꝛ ſcutū: ꝛ exurge in ad
iutoriū mihi. Effunde frameā ꝛ cōclude
aduerſus eos q̄ pſequunt̄ me: dic aīe mee
ſalus tua ego ſum. Confundant̄ et reue
reant̄: querētes animā meā. Auertant̄ re
troꝛſū ꝛ cōfundant̄: cogitātes mihi mala.
Fiant tanq̄ puluis ante faciē venti: et an
gelus dn̄i coartans eos. Fiāt vie illoꝝ te
nebre ꝛ lubricū: ꝛ angelus dn̄i pſequēs eoſ

Quoniam gratis abſconderūt mihi interitū la
quei ſui: ſuꝑ vacue exprobrauerūt animā
meā. Ueniat illi laqueus quē ignorat. et
captio quā abſcondit apprehendat eū: et i
laqueū cadat in idipſum. Anima aūt mea
exultabit in dño: ⁊ delectabit ſuꝑ ſalutari
ſuo. Omnia oſſa mea dicent: dñe quis ſi-
milis tibi. Eripiens inopē de manu for-
tiorꝝ eius: egenū ⁊ pauperē a diripiētibus
eū. Surgentes teſtes iniqui: que ignora-
bam interrogabāt me. Retribuebāt mi
hi mala ꝑ bonis: ſterilitatem anime mee.
Ego aūt cum mihi moleſti eſſent: indue-
bar cilitio. Humiliabam i ieiunio animā
meā: ⁊ oratio mea in ſinu meo conuertet.
Quaſi proximū quaſi fratrē noſtrū ſic cō
placebā: quaſi lugens et cōtriſtatus ſic hu
miliabar. Et aduerſum me letati ſūt ⁊ cō
uenerūt: cōgregata ſunt ſuꝑ me flagella ⁊
ignoraui. Diſſipati ſunt nec cōpuncti. ten
tauerūt me ſubſannauerūt me ſubſanna
tione: frenduerūt ſuꝑ me dentibus ſuis.

XXIII

Dñe quãdo reſpicies: reſtitue aīam meã
a malignitate eoꝝ. a leonibus vnicã meã
Confitebor tibi in eccleſia magna: in po-
pulo graui laudabo te. Nõ ſupgaudeãt
mihi q̄ aduerſant̄ mihi inique: q̄ oderunt
me gratis ⁊ annuũt oculis. Quõ mihi qui
dē pacifice loquebant̄: ⁊ in iracundia terre
loquẽtes dolos cogitabãt. Et dilatauerũt
ſup me os ſuũ: dixerũt euge euge viderũt
oculi noſtri. Vidiſti dñe ne ſileas: dñe ne
diſcedas a me. Exurge ⁊ intende iudicio
meo: deꝰ meus ⁊ dñs meus in cauſã meã.
Iudica me ſcdm iuſticiã tuã dñe deuſ me-
us: ⁊ nõ ſupgaudeant mihi. Non dicãt in
cordibus ſuis euge euge aīe noſtre: nec di
cant deuorabimus eũ. Erubeſcãt ⁊ reue
reant̄ ſimul: q̄ gratulant̄ malis meis. In
duant̄ confuſione ⁊ reuerẽtia: q̄ maligna
loquunt̄ ſup me. Exultẽt ⁊ letent̄ q̄ volũt
iuſticiã meã: ⁊ dicãt ſp magnificetur dñs.
q̄ volunt pacẽ ſerui eius. Et lingua mea
meditabit̄ iuſticiã tuã: tota die laudẽ tuã.

DIxit iniuſtus vt delinquat Ps. xxxv.
in ſemetipſo: nõ eſt timor dei ante ocu
los eius Quõ doloſe egit in cõſpectu eius:
vt inueniat iniq̃tas eius ad odiũ. Verba
oris eius iniq̃tas ⁊ dolus: noluit intellige
re vt bene ageret Iniq̃tatẽ meditatus eſt
in cubili ſuo. aſtitit omni vie nõ bone: ma-
litiã aũt nõ odiuit Dñe i celo miſcdia tua:
⁊ veritas tua vſq; ad nubes. Iuſticia tua
ſicut mõtes dei: iudicia tua abyſſus mlta.
Hoies ⁊ iumẽta ſaluabis dñe: quẽadmo-
dũ multiplicaſti miſcdiam tuã de⁹. Filij
aũt hoim: in tegimine alaꝝ tuaꝝ ſperabũt
Inebriabunt ab vbertate domus tue: et
torrẽte voluptatis tue potabis eos. Qm̃
apd te eſt fons vite: et in lumie tuo videbi
mus lumẽ. Pretẽde miſcdiam tuã ſcienti
bus te: ⁊ iuſticiã tuã his q̃ recto ſunt corde
Nõ veniat mihi pes ſupbie: ⁊ man⁹ pctõ-
ris nõ moueat me. Ibi ceciderũt q̃ operãt
iniq̃tatẽ: expulſi ſunt nec potuerũt ſtare.
NOli emulari in malignãti Ps. xxxvi.

bus:neqꝫ zelaueris faciētes iniq̄tatē Quoniā
tanq̄ fenū velociter areſcent:et quēadmo
dū olera herbarū cito decident. Spera in
dño ⁊ fac bonitatē:⁊ inhabita terrā et pa-
ſceris in diuitijs eius. Delectare in dño:⁊
dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela
dño viā tuā ⁊ ſpera in eo:⁊ ipſe faciet. Et
educet quaſi lumen iuſticiā tuā. et iudiciū
tuū tanq̄ meridiem:ſubditus eſto dño et
ora eū. Noli emulari in eo q̄ proſperat̄ in
via ſua: in hoīe faciente iuſticias. Deſine
ab ira ⁊ derelinque furorē:noli emulari vt
maligneris. Quoniā qui malignant̄ extermi
nabunt̄:ſuſtinētes aūt dñm ipſi hereditа
būt terrā. Et adhuc puſillū ⁊ nō erat pec-
cator:⁊ queres locū eius ⁊ nō īuenies Mā
ſueti aūt hereditabūt terrā:⁊ delectabunt̄
in multitudīe pacis Obſeruabit peccator
iuſtū:⁊ ſtridebit ſup eū dentib⁹ ſuis. Dñs
aūt irridebit eū:qm̄ ꝓſpicit q̄ veniet dies
eius. Gladiū euaginauerūt pctōres: iten
derūt arcū ſuū. Ut decipiāt pauperē ⁊ in

opem: vt trucidēt rectos corde. Gladius eoꝝ intret in corda ipſoꝝ: ⁊ arcus eoꝝ confringat̃. Melius eſt modicū iuſto: ſup diuitias pctōꝝ multas. Quō̄ brachia pctōꝝ conterent̃: confirmat aūt iuſtos dn̄s. Nouit dn̄s dies imaculatoꝝ: ⁊ hereditas eoꝝ ineternū erit. Non cōfundent̃ in tpe malo. et i diebus famis ſaturabunt̃: quia peccatores peribūt. Inimici vero dn̄i mox vt honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficientes quēadmodū fumus deficient. Mutuabit̃ peccator ⁊ nō ſoluet: iuſtus aūt miſeretur et tribuet. Quia benedicentes ei hereditabūt terrā: maledicentes aūt ei diſperibūt. Apud dn̄m greſſus hoīs dirigent̃: et viā eius volet. Cū ceciderit nō collidet̃: quia dn̄s ſupponit manum ſuam. Iunior fui ⁊ etem̄ ſenui. ⁊ nō vidi iuſtum derelictū: nec ſemen eius querens panē. Tota die miſeret̃ et cōmodat: ⁊ ſemē illius in bn̄dictione erit. Declina a malo ⁊ fac bonū: ⁊ ihabita i ſeculū ſecl̄i. Quia dn̄s amat iudiciū. ⁊ nō

derelinquet ſctōs ſuos:in eternū cōſerua-
bunť. Iniuſti punienť:ꝛ ſemē impioꝝ pe
ribit. Iuſti aūt hereditabūt terrā:ꝛ inha
bitabūt in ſeculū ſecli ſup eā. Os iuſti me
ditabiť ſapientiā:ꝛ lingua eius loqueť iu
diciū. Lex dei eius i corde ipſius:ꝛ nō ſup
plātabunť greſſus eius. Cōſiderat pctoꝛ
iuſtum:ꝛ querit moꝛtificare eū. Dn̄s aūt
nō derelinquet eum in manibus eius:nec
dānabit eū cū iudicabiť illi Expecta dn̄m
et cuſtodi viā eius.ꝛ exaltabit te vt heredi-
tate capias terrā:cū perierint pctōꝛes vide
bis. Vidi impiū ſupexaltatū:ꝛ eleuatū ſi
cut cedros libani. Et tranſiui et ecce nō e-
rat:q̄ſiui eū ꝛ nō eſt inuētus locus ei⁹. Cu
ſtodi inocentiā ꝛ vide eq̄tatē:qm̄ ſūt reliq̄e
hoi pacifico. Iniuſti aūt diſperibūt:ſimꝉ
reliquie ipioꝝ interibūt. Salus aūt iuſto
rū a dn̄o:ꝛ ꝓtectoꝛ eoꝝ in tpe tribulatiōis
Et adiuuabit eos dn̄s ꝛ liberabit eos.ꝛ e
ruiet eos a pctōꝛib⁹ ꝛ ſaluabit eos:q2 ſpera
Dn̄e ne i furoꝛe tuo Ps.xxxvij. uerti eo

arguas me: neqȝ in ira tua corripias me.
Qm̃ ſagitte tue infixe ſunt mihi: ⁊ confir-
maſti ſup me manũ tuã. Non eſt ſanitas
in carne mea a facie ire tue: nõ eſt pax oſſi-
bus meis a facie pctõꝝ meoꝝ. Qm̃ iniq̃ta
tes mee ſupgreſſe ſunt caput meũ: et ſicut
onus graue grauate ſũt ſup me. Putrue
rũt et corrupte ſũt cicatrices mee: a facie in
ſipientie mee. Miſer factus ſũ ⁊ curuatus
ſum uſqȝ in finẽ: tota die cõtriſtatus igre-
diebar. Qm̃ lumbi mei ipleti ſũt illuſioni
bus: ⁊ nõ eſt ſanitas i carne mea. Afflictuſ
ſum ⁊ humiliatus ſũ nimis: rugiebã a ge-
mitu cordis mei. Dñe ante te om̃e deſide
riũ meũ: ⁊ gemitus meꝰ a te nõ eſt abſcõdi
⁊ ditus. Cor meũ ꝯturbatũ eſt. dereliq̃t me
uirtus mea: ⁊ lumẽ oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipſum
nõ eſt mecũ. Amici mei ⁊ proximi mei: ad
uerſũ me appropinq̃uerũt ⁊ ſteterũt. Et q̃
iuxta me erãt de longe ſteterũt: ⁊ vim facie
bãt qui querebant animã meã. Et qui in
quirebãt mala mihi locuti ſũt uanitates:

et dolos tota die meditabant̄. Ego autē
tanq̄ ſurdus non audiebā: ⁊ ſicut mutus
nō aperiens os ſuū. Et factus ſū ſicut ho
mo nō audiēs: ⁊ nō habēs in oꝛe ſuo redar
gutiones. Qm̄ in te dn̄e ſperaui: tu exau-
dies me dn̄e deus meus. Quia dixi neq̄n̄
ſuꝑ gaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum cō-
mouent̄ pedes mei ſuꝑ me magna locuti
ſunt. Qm̄ ego in flagella paratus ſum: ⁊
doloꝛ meus in conſpectu meo ſemꝑ. Qm̄
iniquitatē meā annūciabo: et cogitabo ꝓ
peccato meo. Inimici aūt mei viuūt et cō
firmati ſunt ſuꝑ me: ⁊ multiplicati ſunt q̄
oderūt me inique. Qui retribuūt mala ꝓ
bonis detrahebāt mihi: q̄m ſequebar bo-
nitatē. Ne derelinquas me dn̄e deus me
us: ne diſceſſeris a me Intende in adiuto
riū meū: dn̄e deus ſalutis mee. Gloꝛia.



Ixi Pś. xxxviij.
cuſtodiā vias me-
aſ: vt nō delinquā
ī lingua mea. Po
ſui ori meo cuſto-
diā: cū conſiſteret
pctōr aduerſū me
Obmutui ⁊ hūili
atus ſum ⁊ ſilui a bonis: ⁊ dolor meus re-
nouatus eſt. Cōcaluit cor meū intra me:
et in meditatōe mea exardeſcet ignis. Lo
cutus ſuz in lingua mea: notum fac mihi
dn̄e finē meū Et numeꝝ dierū meoꝝ q̄s
eſt: vt ſciā quid deſit mihi. Ecce menſura-
biles poſuiſti dies meos: ⁊ ſubſtantia me-
a tanq̄ nihilū ante te Uertamē vniuerſa

vanitas:oīs homo viuens. Uerūtamē in
ymagine ꝑtranſit homo:ſed et fruſtra cō
turbat̄. Theſaurizat:ꝛ ignorat cui cōgre
gabit ea. Et nūc q̄ eſt expectatio mea:nō
ne dñs. ꝛ ſubſtantia mea apud te eſt. Ab
oīnibus iniq̄tatibus meis erue me:oppro
briū inſipienti dediſti me. Obmutui et nō
aperui os meū: qm̄ tu feciſti amoue a me
plagas tuas. A fortitudie manus tue ego
defeci in icrepatiōibus: ꝓpter iniq̄tatē cor
ripuiſti hominē. Et tabeſcere feciſti ſicut
araneā animā eius:verūtamē vane cōtur-
bat̄ oīs homo. Exaudi orationē meā dñe
et dep̄cationē meā: auribus percipe lacri-
mas meas. Ne ſileas qm̄ aduena ego ſum
apd̄ te ꝛ peregrinus:ſicut oēs patres mei.
Remitte mihi vt refrigerer priuſq̄ abeā:
Expectās Ps. xxxix. ꝛ amplius nō ero
expectaui dñm: ꝛ itendit mihi. Et ex-
audiuit p̄ces meas: ꝛ eduxit me de lacu mi
ſerie. et de luto fecis. Et ſtatuit ſup̄ petrā
pedes meos:et direxit greſſus meos. Et

immiſit in os meū canticū nouū: carmē deo noſtro. Videbūt multi ꝛ timebūt: ꝛ ſperabūt in dño. Beatus vir cuius eſt nomen dñi ſpes eius: ꝛ nō reſpexit in vanitates et inſanias falſas. Multa feciſti tu dñe deus meus mirabilia tua: ꝛ cogitatiōibus tuis nō eſt quis ſimilis ſit tibi. Annūciaui ꝛ locutus ſum: multiplicati ſunt ſup numerū. Sacrificiū ꝛ oblationē voluiſti: aures aūt pfeciſti mihi. Holocauſtū et p pctō nō poſtulaſti: tūc dixi ecce venio. In capite libri
ꝛ ſcriptū ē de me. vt facerē volūtatē tuā de⁹ meus volui: ꝛ legē tuā ī medio cordis mei
ꝛ Annūciaui iuſticiā tuā ī eccleſia magna. ecce labia mea non phibebo: dñe tu ſciſti. Iuſticiā tuā nō abſcondi in corde meo: veritatē tuā ꝛ ſalutare tuū dixi. Non abſcōdi miſcdiā tuā ꝛ veritatē tuā: a ꝯcilio multo. Tu aūt dñe ne lōge facias miſerationes tuas a me: miſcdia tua et veritas tua ſemp ſuſceperūt me. Qm̄ circūdederūt me
ꝛ mala quoꝝ nō eſt numerus. cōprehende-

rũt me iniq̄tates mee: ⁊ non potui ut vide
rē. Multiplicate ſunt ſup̄ capillos capitis
mei: ⁊ coꝛ meũ dereliquit me. Complace-
at tibi dñe ut eruas me: dñe ad adiuuan-
dũ me reſpice. Confundant̃ ⁊ reuereant̃
ſimul: qui querũt animā meā ut auferant
eam. Auertant̃ retroꝛſum ⁊ reuereant̃: q̄
volunt mihi mala. Ferāt cōfeſtim confu
ſionem ſuā: q̄ dicũt mihi euge euge. Exul
tent et letent̃ ſup̄ te oēs querētes te: ⁊ dicāt
ſemp̄ magnificet̃ dñs q̄ diligunt ſalutare
tuũ. Ego aũt mendicus ſuꝫ ⁊ paup̄: dñs
ſollicitus eſt mei. Adiutoꝛ meus ⁊ ꝓtectoꝛ
meus tu es: deus meus ne tardaueris.

Beatus q̄ intelligit ſup̄ egenũ Ps. xl.
et pauperē: in die mala liberabit eum
dñs. Dñs conſeruet eũ ⁊ viuificet eum. et
beatũ faciat eũ in terra: et nō tradat eũ in
animā inimicoꝝ eius. Dñs opem ferat il
li ſup̄ lectũ doloꝛis eiuſ: uniuerſum ſtratũ
eius verſaſti in infirmitate eius. Ego di-
xi dñe miſerere mei: ſana aīam meā quia

peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala mi
hi: qñ morieť ⁊ peribit nomē eius. Et ſi in
grediebať vt videret. vana loquebať cor
eius: cōgregauit iniquitatē ſibi. Egredie
bať foras: ⁊ loquebať inidipſum. Aduer
ſuz me ſuſurrabāt oēs inimici mei: aduer-
ſum me cogitabāt mala mihi. Verbū ini
quū conſtituerūt aduerſuz me: nūquid q̄
dormit nō adijciet vt reſurgat. Etenim ho
mo pacis mee i quo ſperaui. q̄ edebat pa-
nes meos: magnificauit ſup me ſupplāta
tionē. Tu aūt dñe miſerere mei: ⁊ reſuſci
ta me ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui qm̄
voluiſti me: qm̄ nō gaudebit inimicus me
us ſup me. Me aūt ꝓpter innocentiā ſuſce
piſti: ⁊ cōfirmaſti me in cōſpectu tuo ineter
nū. Benedictus dñs deus iſrael a ſeculo
et vſq3 in ſeculū: fiat fiat. Ps. xli.

Quemadmodū deſiderat ceruus ad
fontes aquarū: ita deſiderat anima mea
ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontē
viuū: qñ veniā ⁊ apparebo ante faciē dei.

Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac
nocte: dū dicit̄ mihi quotidie vbi eſt ds̄ tu
us Hec recordatus ſū ⁊ effudi in me aīam
meā: qm̄ tranſibo in locū tabernaculi ad-
mirabilis vſq; ad domū dī. In voce exul
tatiōis ⁊ ꝯfeſſionis: ſonus epulātis Qua
re triſtis es aīa mea: et q̄re cōturbas me.
Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: ſalu
tare vultus mei ⁊ ds̄ meus. Ad meipſum
aīa mea ꝯturbata eſt: ꝓpterea memor ero
tui de terra iordanis ⁊ hermonijm a mōte
modico. Abyſſus abyſſum inuocat: ī voce
catharactarꝝ tuarꝝ. Omīa excelſa tua ⁊ flu
ctus tui: ſup me tranſierūt. In die māda
uit dn̄s miſericordiā ſuā: et nocte canticū
eius. Apud me oratio deo vite mee: dicā
deo ſuſceptor meus es Quare oblitus es
mei. ⁊ quare contriſtatus incedo: dū affli-
git me inimicus. Dum confringunt̄ oſſa
mea: exprobrauer̄t mihi q̄ tribulāt me ini
mici mei. Dū dicūt mihi ꝑ ſingulos dies
vbi eſt ds̄ tuus: quare triſtis es aīa mea.

et quare conturbas me. Spera in deo q̄m
adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊
Iudica me deus Ps̄. xlij. deus meus.
Et diſcerne cauſam meam de gente nõ
ſancta: ab hoīe iniquo et doloſo erue me.
Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me
repuliſti et quare triſtis incedo dū̃ affligit
me inimicus. Emitte lucem tuā et verita
tem tuā: ipſa me deduxerūt et adduxerūt
in montē ſanctū tuū ⁊ in tabernacula tua
Et introibo ad altare dei: ad deū qui leti
ficat iuuentutē meā. Cõfitebor tibi in cy-
thara deus deus meus: quare triſtis es a-
nima mea ⁊ quare conturbas me. Spera
in deo q̄m adhuc confitebor illi: ſalutare
vultus mei ⁊ deus meus. Ps̄. xliij.
Deus auribus noſtris audiuimus: pa
tres noſtri annūciauerūt nobis. Opus
q̄d operatus es in diebus eoꝝ: ⁊ in diebuſ
antiquis Manus tua gētes diſperdidit ⁊
plantaſti eos: afflixiſti populos et expuli-
ſti eos. Nec em̄ in gladio ſuo poſſederūt

terrā: ⁊ brachiū eoꝝ nō ſaluabit eos. Sed
dextera tua et brachiū tuū et illuminatio
vultus tui: qm̄ cōplacuiſti in eis. Tu es ip
ſe rex meus ⁊ deus meus: q̄ mandas ſalu-
tes iacob. In te inimicos noſtros ventila
bimus cornu: ⁊ in noīe tuo ſpernemus in
ſurgentes in nobis. Non em̄ in arcu meo
ſperabo: ⁊ gladius meus nō ſaluabit me.
Saluaſti em̄ nos de affligentibus nos: ⁊
odientes nos cōfudiſti. In deo laudabi-
mur tota die: ⁊ in noīe tuo cōfitebimur in
ſeculū. Nunc aūt repuliſti ⁊ cōfudiſti nos:
et nō egredieris deus in virtutib⁹ noſtris
Auertiſti nos retrorſū poſt inimicos no
ſtros: et q̄ oderūt nos diripiebāt ſibi. De
diſti nos tanq̄ oues eſcaꝝ: ⁊ in gētibus diſ
perſiſti nos. Vendidiſti populū tuū ſine
precio: ⁊ nō fuit multitudo in cōmutatiōi
bus eoꝝ. Poſuiſti nos opprobriū vicinis
noſtris: ſubſannationē ⁊ deriſum his q̄ in
circuitu nr̄o ſunt. Poſuiſti nos in ſimilitu
dinē gentibus: cōmotionē capitis in pplis

## Feria tertia.

Tota die verecũdia mea cõtra me eſt: ⁊ cõ
fuſio faciei mee cooperuit me. A voce ex-
probrãtis ⁊ obloquẽtis: a facie inimici ⁊ ꝑ
ſequẽtis. Hec oĩa venerũt ſup nos nec ob
liti ſumus te: et inique nõ egimus in teſta
mẽto tuo. Et nõ receſſit retro cor noſtrũ:
et declinaſti ſemitas nr̃as a via tua. Qm̃
humiliaſti nos ĩ loco afflictiõis: ⁊ cooperu
it nos vmbra mortis Si obliti ſumus no
men dei noſtri: ⁊ ſi expãdimus manus no
ſtras ad deum alienũ. Nõne deus reqret
iſta: ipſe em̃ nouit abſcõdita cordis. Qm̃
ꝓpter te mortificamur tota die: eſtimati ſu
mus ſicut oues occiſionis Exurge quare
obdormis dñe: exurge ⁊ ne repellas in fi-
nẽ. Quare faciez tuã auertis: obliuiſceris
inopie noſtre ⁊ tribulationis noſtre. Qm̃
humiliata eſt in puluere aĩa noſtra: cõglu
tinatus eſt in terra venter noſter Exurge
dñe adiuua nos: ⁊ redime nos ꝓpter nomẽ
tuũ.

Eructauit cor meũ ver- Ps. xliiij.
bũ bonũ: dico ego oꝑa mea regi L in

gua mea calamus ſcribe: velociter ſcriben
tis. Specioſus forma p̄ filijs hoim. diffu
ſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedi-
xit te de⁹ in eternū. Accingere gladio tuo:
ſup femur tuū potentiſſime. Specie tua ⁊
pulchritudine tua: intende, pſpere, pcede ⁊
regna. Propter veritatē ⁊ manſuetudinē
et iuſticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera
tua. Sagitte tue acute: popli ſub te cadēt
in corda inimicoꝝ regis. Sedes tua deus
in ſeculū ſeculi: virga directiōis virga reg-
ni tui. Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti iniquitatē:
ꝓpterea vnxit te d̄s d̄s tuus oleo leticie p̄ cō
ſortibus tuis. Mirra ⁊ gutta ⁊ caſia a veſti
mentis tuis: a domibus eburneis ex qui-
bus delectauerūt te filie regū in honore tuo
Aſtitit regina a dextris tuis: in veſtitu de
aurato circūdata varietate. Audi filia et
vide ⁊ inclina aurē tuā: ⁊ obliuiſcere popu
lum tuū ⁊ domū patris tui. Et cōcupiſcet
rex decorē tuū: qm̄ ipſe eſt dn̄s deus tuus
⁊ adorabūt eū. Et filij tyri i muneribus:

vultū tuū dep̄cabunt̄ oēs diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis abintus: in
fimbrijs aureis circūamicta varietatibus.
Adducent̄ regi virgīes post eā: proxime
eius afferent̄ tibi. Afferent̄ tibi in leticia ꝛ
exultatiōe: adducentur in templū regis.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: cō-
ſtitues eos principes ſup̄ omnē terrā. Me
mor ero nōis tui: in omni generatiōe ꝛ ge
neratione. Propterea populi cōfitebunt̄
tibi ineternū: ꝛ in ſeculum ſeculi. Ps̄. xlv.
Deus noſter refugiū ꝛ virtus: adiutor
i tribulatiōib⁹ q̄ inuenerūt nos nimis
Propterea nō timebimus dū turbabit̄
terra: ꝛ trāſferent̄ mōtes in cor maris. So
nuerūt ꝛ turbate ſunt aque eoꝝ: cōturba-
ti ſunt mōtes in fortitudīe eius. Flumis
īpetus letificat ciuitatē dei: ſanctificauit ta
bernaculū ſuū altiſſimus. Deus i medio
eius nō cōmouebit̄: adiuuabit eam deus
mane diluculo. Conturbate ſunt gētes ꝛ
inclinata ſunt regna: dedit vocē ſuā et mo

ta eſt terra. Dñs virtutũ nobiſcũ: ſuſcep-
toꝛ noſter deus iacob. Venite et videte o-
pera dñi. q̃ poſuit ꝓdigia ſup terrã: aufe-
rens bella vſqꝫ ad finẽ terre. Arcũ cõteret
et cõfringet arma: ⁊ ſcuta comburet igni.
Vacate ⁊ videte qm̃ ego ſuz deus: exalta-
boꝛ in gẽtibus et exaltaboꝛ in terra. Dñs
virtutũ nobiſcũ: ſuſceptoꝛ noſter ds iacob

OMnes gẽtes plaudite mani Ps. xlvj.
bus iubilate deo in voce exultationis
Qm̃ dñs excelſus terribilis: rex magnus
ſup omnẽ terrã. Subiecit poplos nobis:
et gẽtes ſub pedibus nr̃is. Elegit nobis
hereditatem ſuã: ſpeciẽ iacob quẽ dilexit.
Aſcendit deus in iubilo: ⁊ dñs in voce tu-
be. Pſallite deo nr̃o pſallite: pſallite regi
nr̃o pſallite. Qm̃ rex oĩs terre deus: pſalli
te ſapienter. Regnabit deus ſup gentes:
deus ſedet ſup ſedẽ ſanctã ſuã. Principes
poploꝝ cõgregati ſunt cũ deo abraã: qm̃
dij foꝛtes terre vehemẽter eleuati ſũt.

MAgnus dñs et laudabilis Ps. xlvij.

nimis: i ciuitate dei noſtri in mōte ſancto
eius **F**undat exultatione uniuerſe terre:
mons ſyon latera aquilonis ciuitas regiſ
magni. **D**eus in domibus eius cognoſce
tur: cū ſuſcipiet eam **Q**m̄ ecce reges cōgre
gati ſunt: cōuenerūt in unū. **I**pſi vidētes
ſic admirati ſunt conturbati ſunt cōmoti
ſunt: tremoꝛ app̄hendit eos. **I**bi dolo-
res ut parturientis: in ſpiritu vehemēti cō
teres naues tharſis. **S**icut audiuimus ſic
℣ vidimus in ciuitate dn̄i virtutū. in ciuita-
te dei noſtri: deus fundauit eū in eternū.
**S**uſcepimus deus miſericoꝛdiā tuā: i me
dio templi tui **S**c̄dm nomen tuū deus ſic
et laus tua in fines terre: iuſticia plena eſt
dextera tua. **L**etet mons ſyon ⁊ exultent
filie iude: ꝓpter iudicia tua dn̄e. **C**ircūda
te ſyon ⁊ cōplectimini eam: narrate in tur-
ribus eius **P**onite coꝛda veſtra in virtute
℣ eius. et diſtribuite domos eius: ut enarre
tis in ꝓgenie altera. **Q**m̄ hic eſt deus deꝰ
noſter in eternū ⁊ in ſeculū ſeculi: ipſe reget

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00074

AUdite hec Pſ. xlviij. ¶ nos in ſecula.
Oēs gentes: auribus percipite oīes q̇
habitatis orbem. Quiqȝ terrigene et filij
hoīm: ſimul in vnū diues ⁊ paup̱. Os me
um loquet̃ ſapientiã: et meditatio cordis
mei prudentiã. Inclinabo ī parabolam
aurem meã: aperiam in pſalterio ꝓpoſiti
onem meã Cur timebo in die mala: iniq̇
tas calcanei circūdabit me. Qui confidūt
in virtute ſua: et in multitudīe diuitiaꝝ ſu
arū gloriant̃. Frater nō redimit redimet
homo: nō dabit deo placationem ſuã Et
precium redemptiōis anime ſue: ⁊ labora
bit ineternū ⁊ viuet adhuc in finē. Non vi
debit interitū cū viderit ſapientes morien
tes: ſimul inſipiens ⁊ ſtultus peribūt. Et
relinquēt alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulcra
eoꝝ domus illoꝝ ī eternū. Tabernacu-
la eoꝝ in progenie et progenie: vocauerūt
noīa ſua in terris ſuis. Et homo cū in ho
nore eſſet nō ītellexit. cōparatus eſt iumē
tis inſipientibus: et ſimilis factus eſt illis.

Hec via illoꝝ ſcandalũ ipſis: ⁊ poſtea ĩ ore
ſuo cõplacebũt. Sicut oues in inferno po
ſiti ſunt: mors depaſcet eos. Et dñabunt
eoꝝ iuſti in matutino: et auxiliũ eoꝝ vete-
raſcet in inferno a gloria eoꝝ. Uerũtamẽ
deus redimet animã meã ď manu inferi:
cũ acceperit eã. Ne timueris cũ diues fac-
tus fuerit homo: et cũ multiplicata fuerit
gloria domus eius. Quõ cũ interierit nõ
ſumet oĩa: neqꝫ deſcendet cũ eo glĩa eius.
Quia aĩa eius in vita ipſius benedicet: cõ
fitebit̃ tibi cũ benefeceris ei. Introibit vſ-
qꝫ in ꝓgenies patrũ ſuoꝝ: ⁊ vſqꝫ in eternũ
nõ videbit lumẽ. Homo cũ in honore eſſet
nõ intellexit. cõparatus eſt iumentis inſi-
pĩetibus: ⁊ ſimilis factus eſt illis. Ps. xlix.
Deus deoꝝ dñs locutus eſt: et vocauit
terrã. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſũ: ex
ſyon ſpecies decoris eiꝰ. Deus manifeſte
veniet: deus noſter et nõ ſilebit. Ignis in
cõſpectu eius exardeſcet: et in circuitu eius
tẽpeſtas valida. Aduocauit celũ deſurſũ:

et terrã diſcernere populũ ſuũ. Cõgrega
te illi ſanctos eius: q̄ ordinant teſtamentũ
eius ſup̲ ſacrificia. Et annũciabũt celi iu-
ſticiã eius: q̄m deus iudex eſt Audi popu
lus meus ⁊ loquar iſrael: et teſtificabor ti-
bi deus deus tuus ego ſum. Non in ſacri
ficiis tuis arguã te: holocauſta aũt tua in
cõſpectu meo ſunt ſemp̲. Non accipiã de
domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis
hircos. Qm̃ mee ſunt om̃es fere ſiluarũ: iu
menta in montibus et boues. Cognoui
oĩa volatilia celi: ⁊ pulchritudo agri mecũ
eſt. Si eſuriero non dicã tibi: meus eſt em̃
orbis terre ⁊ plenitudo eius. Nunq̇d mã
ducabo carnes thaurorũ: aut ſanguinem
hircorũ potabo. Immola deo ſacrificiũ
laudis: ⁊ redde altiſſimo vota tua. Et in-
uoca me in die tribulatõis: eruã te ⁊ hono
rificabis me. Peccatori aũt dixit dñs. qua
re tu enarras iuſticias meas: ⁊ aſſumis te-
ſtamentũ meũ p̲ os tuũ Tu vero odiſti di-
ſciplinã: ⁊ p̲ieciſti ſermões meos retrorſũ.

Si videbas furē currebas cū eo: ⁊ cū adul
teris poꝛtionē tuā ponebas. Os tuū abū
dauit malicia: ⁊ lingua tua cōcinnebat do
los. Sedens aduerſus fratrē tuū loque
baris. ⁊ aduerſus filium matris tue ponē
bas ſcandalū: hec feciſti ⁊ tacui. Exiſtima
ſti ꝙ ero tui ſimilis: arguā te ⁊ ſtatuā cōtra
faciē tuā. Intelligite hec q̄ obliuiſcimini
deū: nequā rapiat ⁊ nō ſit q̄ eripiat. Sacrifi
cium laudis honoꝛificabit me: ⁊ illic iter q̊
oſtendā illi ſalutare dei. Pſalmus. l.
Miſerere mei deus: ſcd̄m magnā miſe
ricoꝛdiā tuā. Et ſcd̄m multitudinē miſera
tionū tuaꝝ: dele iniquitatē meā. Ampli
us laua me ab iniq̄tate mea: ⁊ a pctō meo
munda me. Qm̄ iniquitatē meā ego cog
noſco: et peccatū meū contra me eſt ſemꝑ.
Tibi ſoli peccaui ⁊ malū coꝛā te feci: vt iu
ſtificeris in ſermōibus tuis ⁊ vincas cū iu
dicaris. Ecce em̄ in iniq̄tatibus cōceptus
ſū: ⁊ in peccatis ꝯcepit me mater mea. Ec
ce em̄ veritatē dilexiſti: incerta ⁊ occulta ſa

piētie tue manifeſtaſti mihi Aſperges me
dn̄e yſopo ⁊ mundabor: lauabis me ⁊ ſup
niuē dealbabor Auditui meo dabis gau
diū ⁊ leticiā: ⁊ exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuā a peccatis meis: et oēs
iniq̇tates meas dele. Cor mundū crea in
me deus: ⁊ ſpiritū rectū innoua in viſceri-
bus meis. Ne p̄iicias me a facie tua: ⁊ ſpi
ritū ſanctū tuū ne auferas a me. Redde
mihi leticiā ſalutaris tui: et ſpiritu p̄ncipa
li cōfirma me. Docebo iniq̄s vias tuas: ⁊
ĩpij ad te cōuertent̄. Libera me de ſangui
nibus deus d̄s ſalutis mee: ⁊ exultabit lin
gua mea iuſticiā tuā. Dn̄e labia mea ape
ries: ⁊ os meū annūciabit laudē tuā. Qm̄
ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem: vtiq; holo
cauſtis nō delectaberis Sacrificiū deo ſpi
ritus cōtribulatus: cor contritū ⁊ humilia
tū d̄s nō deſpicies Benigne fac dn̄e i bona
volūtate tua ſyon: vt edificēt muri ieruſa-
lem. Tūc acceptabis ſacrificiū iuſticie ob
lationes et holocauſta: tūc imponent ſup
altare tuū vitulos.

Feria tertia.

QUid gloriaris ĩ malicia: q̃ po Pſ. li.
tens es iniq̃tate Tota die in iuſticiã
tuã cogitauit lingua tua: ſicut nouacula
acuta feciſti dolũ. Dilexiſti maliciã ſup be
nignitate: iniq̃tatem magis q̃ loqui equi
tatẽ. Dilexiſti oĩa verba p̃cipitationis: lin
gua doloſa. Propterea deus deſtruet te
* in finem. euellet te ⁊ emigrabit te de taber
naculo tuo: ⁊ radicẽ tuã de terra viuentiũ.
* Videbũt iuſti ⁊ timebũt. ⁊ ſup eũ ridebũt
⁊ dicẽt: ecce homo q̃ nõ poſuit deũ adiuto-
rem ſuũ. Sed ſperauit in multitudine di
uitiaꝝ ſuarũ: et preualuit in vanitate ſua.
Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo
dei: ſperaui in miſcdia dei ineternũ et in ſe
culũ ſeculi. Confitebor tibi in ſeculũ quia
* feciſti. et expectabo nomen tuũ: qm̃ bonũ
eſt in conſpectu ſanctoꝝ tuoꝝ. Gloria.

Feria quarta ad matutinas. Antiphõ.

Ps̄.lij.



Ixit inſipiēs ī cor
de ſuo:nō eſt deus
Corrupti ſūt ⁊ ab
hominabiles facti
ſunt in iniq̄tatib⁹:
non eſt q̄ faciat bo
nū. Deus de celo
ꝓſpexit ſup filios
hoīm:ut videat ſi eſt intelligens aut requi
rens deū. Omēs declinauerūt ſimul inuti
les facti ſunt. nō eſt q̄ faciat bonū:nō eſt uſ
qꝫ ad vnū. Nōne ſcient oēs q̄ operant̄ ini
quitatē: qui deuorāt plebem meā ut cibū
panis. Deū nō inuocauerūt:illic trepida
uerūt timore vbi nō eſt timor. Qm̄ deus
diſſipauit oſſa eoꝝ q̄ hoībus placēt: ↄfuſi
ſunt qm̄ deus ſpreuit eos. Quis dabit ex
ſyon ſalutare iſrael. cū auerterit dn̄s capti
uitatē plebis ſue:exultabit iacob ⁊ letabit̄

DEus in noīe tuo ſal- Pſ. liij. (iſrahel.
uum me fac: et ī virtute tua iudica me
Deus exaudi orationē meā: auribus pci-
pe verba oris mei. Qm̄ alieni inſurrexerūt
⁊ aduerſum me. ⁊ fortes queſierunt animā
meā: ⁊ non ꝓpoſuerūt deū ante conſpectū
ſuū. Ecce em̄ deus adiuuat me: ⁊ dn̄s ſu-
ſceptor eſt anime mee. Auerte mala inimi
cis meis: et ī veritate tua diſpde illos Uo
lūtarie ſacrificabo tibi: ⁊ ꝯfitebor nomini
tuo dn̄e qm̄ bonū eſt. Qm̄ ex omni tribu-
latiōe eripuiſti me: ⁊ ſuper inimicos meos

EXau Pſ. liiij. deſpexit oculus meus.
di deus orationē meā. ⁊ ne deſpexeris
⁊ deꝓcationē meā: intēde mihi ⁊ exaudi me.
⁊ Cōtriſtatus ſū in exercitatiōe mea. et cō-
turbatus ſū a voce inimici: ⁊ a tribulatōe
pctōris. Qm̄ declinauerūt in me iniq̄tates:
et in ira moleſti erāt mihi. Cor meū cōtur
batū eſt ī me: ⁊ formido mortis cecidit ſup
me. Timor ⁊ tremor venerūt ſup me: ⁊ cō
texerūt me tenebre. Et dixi q̇s dabit mi-

hi pennas ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requi
eſcã. Ecce elongaui fugiẽs: et manſi in ſo
litudīe. Expectabã eũ qui ſaluũ me fecit:
a puſillanimitate ſpũs ⁊ tẽpeſtate. Preci
pita dñe diuide linguas eoꝝ: qm̃ vidi iniq̃
tatẽ ⁊ cõtradictionẽ in ciuitate. Die ac noc
te circũdabit eã ſup muros eius iniq̃tas:
⁊ labor i medio ei⁹ ⁊ iniuſticia. Et nõ defe
cit de plateis ei⁹: vſura ⁊ dolus. Qm̃ ſi ini
micus meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſẽ
vtiqꝫ Et ſi is q̃ oderat me ſup me magna
locutus fuiſſet: abſcondiſſem me forſitan
ab eo. Tu vero hõ vnanimis: dux meus
⁊ notus me⁹ Qui ſimul mecũ dulces capi
ebas cibos: i domo dĩ ambulauim⁹ cũ cõ
ſenſu Ueniat mors ſup illos: ⁊ deſcendãt
i infernũ viuẽtes. Qm̃ neq̃tie in habitacu
lis eoꝝ: i medio eoꝝ. Ego aũt ad deũ cla-
maui: ⁊ dñs ſaluauit me. Veſpe ⁊ mane ⁊
meridie narrabo ⁊ annũciabo: ⁊ exaudiet
vocẽ meã. Redimet in pace aiam meã ab
his q̃ appinquant mihi: qm̃ inter multos

erãt mecũ. Exaudiet deus ⁊ humiliabit il-
los: q̃ eſt ante ſecl'a. Non em̃ eſt illis cõmu
℟ tatio. ⁊ non timuerũt deũ: extendit manũ
ſuã in retribuendo. Contaminauerũt te
℟ ſtamentũ eius. diuiſi ſunt ab ira vultus
ei⁹: ⁊ appropinq̃uit cor illius. Molliti ſunt
ſermones eius ſup oleũ: ⁊ ipſi ſunt iacula.
℟ Iacta ſup dñm curã tuã. et ipſe te enutri-
et: non dabit in eternũ fluctuationẽ iuſto.
Tu vero deus: deduces eos in puteũ inte
ritus. Viri ſanguinũ ⁊ doloſi nõ dimidia
bũt dies ſuos: ego aũt ſperabo in te dñe.
Miſerere mei deus qm̃ cõculca Ps. lv.
uit me homo: tota die impugnãs tri-
bulauit me. Cõculcauerũt me inimici mei
tota die: qm̃ multi bellantes aduũſus me.
Ab altitudine diei timebo: ego vero in te
ſperabo. In deo laudabo ſermones me-
os: in deo ſperaui nõ timebo q̃d faciat mi
hi caro. Tota die verba mea execrebant:
aduerſũ me oẽs cogitatiões eor in malũ.
Inhabitabũt et abſcondẽt: ipſi calcaneũ

meū obſeruabunt. Sicut ſuſtinuerūt ani
mā meā. ꝑ nihilo ſaluos facies illos: i ira
ppl'os cōfringes. Deus vitā meā annūcia
ui tibi: poſuiſti lacrimas meas in ↄſpectu
tuo. Sicut ⁊ in pmiſſione tua: tūc couertē
tur inimici mei retroꝛſū. In quacūqꝫ die
inuocauero te: ecce cognoui qm̄ deus me-
us es. In deo laudabo verbū. in dn̄o lau
dabo ſermonē: in deo ſperaui nō timebo
qd faciat mihi homo. In me ſūt deus vo
ta tua: q̄ reddā laudatōes tibi Qm̄ eripu
iſti animā meā de moꝛte. ⁊ pedes meos de
lapſu: vt placeā coꝛā deo i lumie viuentiū.

Miſerere mei deus miſerere Ps. lvj.
mei: qm̄ in te confidit aīa mea. Et in
vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabo: donec trāſeat
iniq̄tas. Clamabo ad deū altiſſimū: deū
q̄ benefecit mihi. Miſit de celo ⁊ liberauit
me: dedit in oppꝛobꝛiū cōculcātes me. Mi
ſit deus miſcdiam ſuā ⁊ veritatē ſuā. et eri
puit animā meā de medio catuloꝝ leonū:
doꝛmiui cōturbatus. Filij hoim dentes

eoꝝ arma ⁊ ſagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladius
acutus. Exaltare ſup celos deus: ⁊ in om
nẽ terrã gloria tua. Laqueũ parauerũt pe
dibus meis: ⁊ incuruauerũt animã meã.
Foderũt ante faciẽ meã foueã: ⁊ inciderũt
in eã. Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ:
cãtabo ⁊ pſalmũ dicã. Exurge gloria mea.
exurge pſalteriũ ⁊ cithara: exurgã dilucu-
lo. Confitebor tibi in populis dñe: ⁊ pſal
mũ dicã tibi in gentibus. Qm̃ magnifica
ta eſt uſqꝫ ad celos miſericordia tua: et uſqꝫ ad
nubes veritas tua. Exaltare ſuper celos
deus: ⁊ ſup omnẽ terrã gloria tua. Ps. lvij.

SI vere utiqꝫ iuſticiã loquimini: recte
iudicate filij hoim. Etẽ in corde ini
quitates operamini in terra: iniuſticias ma
nus veſtre cõcinnant. Alienati ſunt pecca
tores a vulua, errauerũt ab utero: locuti
ſunt falſa. Furor illis ſcḋm ſimilitudinẽ
ſerpentis: ſicut aſpidis ſurde et obturan-
tis aures ſuas. Que nõ exaudiet vocem
incantantiũ: ⁊ venefici incantantis ſapien

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00086

ter. Deus conteret dentes eoꝝ in oꝛe ipſo
rum: molas leonū confringet dūs. Ad ni
hilum deuenient tanq̄ aqua decurrens:
intendit arcum ſuū donec infirment. Si
cut cera q̄ fluit auferent: ſupcecidit ignis
et non viderunt ſolem. Priuſq̄ intellige
rent ſpine veſtre ramnū: ſicut viuētes ſic in
ira abſoꝛbet eos. Letabitur iuſtus cū vi
derit vindictam: manus ſuas lauabit in
ſanguine peccatoꝛis. Et dicet homo. ſi vti
qꝫ eſt fructus iuſto: vtiqꝫ eſt deus iudicās
Eripe me de Ps. lviij. eos in terra.
inimicis meis deus meus: et ab inſur
gentibus in me libera me. Eripe me de o
perantibus iniquitatē: et de viris ſangui
num ſalua me. Quia ecce ceperūt animā
meā: irruerūt in me foꝛtes. Neqꝫ iniq̄tas
mea neqꝫ peccatū meū dn̄e: ſine iniq̄tate
cucurri et direxi. Exurge in occurſū meū
et vide: et tu dn̄e deus virtutū deus iſrael
Intende ad viſitandas oīes gentes: nō
miſerearis oībus q̄ operant iniquitatē.

## Feria quarta.

℣ C õuertenť ad veſperá. ⁊ famē patienť vt
canes: ⁊ circuibūt ciuitatē. E cce loquenť i
℣ oꝛe ſuo. et gladius in labijs eoꝝ: qm quis
audiuit E t tu dñe deridebis eos: ad nihi
lum deduces oēs gentes. F oꝛtitudinem
℣ meá ad te cuſtodiá. qꝛ deus ſuſceptoꝛ me-
us es: ds meus miſcdia eius pueniet me.
D eus oſtendit mihi ſup inimicos meos
ne occidas eos: neqñ obliuiſcanť ꝑpli mei.
D iſperge illos i virtute tua: ⁊ depone eos
ptectoꝛ meus dñe. D elictum oꝛis eoꝝ ſer-
monem labioꝝ ipſoꝝ: ⁊ cōpꝛehendanť in
ſuperbia ſua. E t de execratione ⁊ menda
cio annūciabunť in conſummatiōe: in ira
cōſummatōis ⁊ nō erūt E t ſcient qꝛ deus
dominabiť iacob: et finiū terre. C onuer
℣ tenť ad veſperá. ⁊ famē patienť vt canes: ⁊
circuibūt ciuitatē. I pſi diſpergenť ad mā
ducandū: ſi vero nō fuerit ſaturati ⁊ mur-
murabūt. E go aūt cantabo foꝛtitudinē
tuá: ⁊ exaltabo mane miſcdiaꝫ tuá Q uia
factus es ſuſceptoꝛ meus et refugiū meū:

in die tribulatiõis mee. Adiutor meus ti-
bi pſallam. q2 deus ſusceptor meus es: de
Deus Ps. lix. ( us meus miſcḋia mea.
repuliſti nos ⁊ deſtruxiſti nos: iratus
es ⁊ miſertus es nobis. Cõmouiſti terrã
⁊ cõturbaſti eã: ſana cõtritiones eius quia
cõmota eſt. Oſtendiſti populo tuo dura:
potaſti nos vino cõpunctiõis. Dediſti me
tuentibus te ſignificationẽ: vt fugiãt a fa
cie arcus. Vt liberenẽ dilecti tui: saluũ fac
dextera tua ⁊ exaudi me. Deus locutus ẽ
in sancto ſuo. letabor ⁊ partibor ſichimã: ⁊
cõuallem tabernaculoꝝ metibor. Meus ẽ
gallaad ⁊ meus ẽ manaſſes: ⁊ effraim for
titudo capitis mei. Iuda rex meꝰ: moab
olla ſpei mee. In ydumeã extendã calcia-
mentũ meũ: mihi alienigine ſubditi ſunt.
Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: q̇s
deducet me vſq3 in ydumeã. Nõne tu de-
us q̇ repuliſti noſ: ⁊ nõ egredieris deus in
virtutibus noſtris. Da a nobis auxiliũ de
tribulatõe: q2 vana ſalus hoĩs In deo fa

ciemus virtutē: ⁊ ipſe ad nihilum deducet
Exaudi deus Pſ. lx. tribulantes nos.
deprecationē meā: intende oratiōi mee:
A finibus terre ad te clamaui dū anxiare
tur cor meū: in petra exaltaſti me. Dedu-
xiſti me qꝛ factus es ſpes mea: turris forti
tudinis a facie inimici. Inhabitabo in ta
bernaculo tuo in ſecula: ꝓtegar in velamē
to alarū tuarꝫ. Qm̄ tu ds̄ meus exaudiſti
orationē meā: dediſti hereditatem timēti-
bus nomen tuū. Dies ſup dies regis adij
cies: annos eius vſqꝫ in diem generatiōis
et generatiōis. Permanet in eternū in cō
ſpectu dei: miſcdiam ⁊ veritatē eius q̇s re-
quiret. Sic pſalmū dicā nomini tuo in ſe-
culū ſeculi: vt reddā vota mea de die in diē
Nonne deo ſubiecta erit aīa Pſ. lxi.
mea: ab ipſo em̄ ſalutare meū. Nā et
ipſe ds̄ meus ⁊ ſalutaris meus: ſuſceptor
meus nō mouebor amplius. Quouſqꝫ ir
ruitis in hominē. interficitis vniuerſi vos
tanꝗ parieti inclinato: ⁊ macerie depulſe.

Uerũtñ preciũ meũ cogitauerũt repellere cucurri i ſiti: ⁊ ore ſuo benedicebãt ⁊ corde ſuo maledicebãt. Uerũtñ dõ ſubiecta eſto aĩa mea: qm̃ ab ipſo patientia mea Quia ipſe deus meus ⁊ ſaluator meus: adiutor meus nõ emigrabo In deo ſalutare meũ ⁊ glĩa mea: deus auxilij mei ⁊ ſpes mea in deo ẽ. Sperate in eo oĩs cõgregatio pplĩ. effundite corã illo corda veſtra: deus adiutor noſter i eternũ Uerũtñ vani filij hoĩm. mendaces filij hoĩm i ſtateris: ut decipiãt ipſi de vanitate i idipſũ. Nolite ſperare i iniq̃tate. ⁊ rapinas nolite cõcupiſcere: diuitie ſi affluãt nolite cor apponere. Semel locutus ẽ deus duo hec audiui. q: poteſtas dei eſt ⁊ tibi dñe miſcdia: q: tu reddes unicuiq; iuxta opa ſua.

Deus de Ps. lxij.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo Sitiuit i te aĩa mea: quã mľtipliciter tibi caro mea. In terra deſerta inuia ⁊ inaquoſa. ſic i ſancto apparui tibi: ut viderẽ virtutem tuam ⁊ gloriam tuã. Quõ melior eſt miſcdia tua

ſup vitas: labia mea laudabūt te. Sic be
nedicā te in vita mea: ⁊ in noīe tuo leuabo
manus meas Sicut adipe ⁊ pinguedīe re
pleatur aīa mea: ⁊ labijs exultationis lau
dabit os meū. Si memoꝛ fui tui ſup ſtra-
tū meū. in matutinis meditaboꝛ in te: qꝛ
fuiſti adiutoꝛ meus. Et in velamēto ala-
rū tuaꝝ exultabo. adheſit aīa mea poſt te:
me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero in vanū
queſierūt animā meā. introibūt in inferi-
oꝛa terre: tradent in manus gladij partes
vulpiū erūt. Rex vero letabit in deo. lau-
dabunt oēs q̄ iurāt in eo: qꝛ obſtructū eſt
EXaudi Ps. lxiij. os loquentiū iniqua
deus orationē meā cū depcoꝛ: a timo-
re inimici eripe animā meā Protexiſti me
a cōuentu malignantiū: a multitudīe ope
rantiū iniq̄tatē. Quia exacuerūt vt gladiū
linguas ſuas. intenderūt arcū rē amarā:
vt ſagittent in occultis immaculatū. Subi-
to ſagitabūt eū ⁊ nō timebūt: firmauerūt
ſibi ſermonē nequā. Narrauerunt vt ab-

ſconderēt laqueos: dixerūt q̄s videbit eoſ
Scrutati ſunt iniq̄tates: defecerūt ſcrutā
tes ſcrutinio. Accedet homo ad cor altū:
⁊ exaltabit deus. Sagitte paruulorū facte
ſunt plage eorū: ⁊ infirmate ſunt cōtra eoſ
lingue eorū. Conturbati ſunt oēs q̄ vide
bāt eos: ⁊ timuit oīs homo Et annuncia
uerūt opa dei: ⁊ facta eius intellexerūt. Le
tabit iuſtus in dño. ⁊ ſperabit in eo: et lau
dabunt oēs recti corde. Ps. lxiiij.
Te decet hymnus deus in ſyon: et ti
bi reddet votū in ieruſalem. Exaudi ora
tionē meā: ad te oīs caro veniet Uerba
iniquorū pualuerūt ſup nos: ⁊ ipietatibus
noſtris tu ppiciaberis Beatus quē elegi
ſti ⁊ aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis
Replebimur i bonis domus tue: ſanctū
eſt templū tuū mirabile in eq̄tate. Exau
di nos deus ſalutaris noſter: ſpes omniū
finiū terre ⁊ in mari longe Preparās mō
tes in virtute tua. accinctus potentia q̄ cō
turbas pfundū maris: ſonū fluctuū eius

Turbabunt̃ gentes ⁊ timebūt q̄ habitāt
terminos a ſignis tuis: exitus matutini ⁊
veſpere delectabis Viſitaſti terrā ⁊ inebꝛi
aſti eam: multiplicaſti locupletare eā Flu
mē dei repletū eſt aquis: paraſti cibū illoꝝ
q̄m ita eſt ꝑparatio eius. Riuos eius ine-
bꝛia. multiplica genimina eiuſ: in ſtillicidi
is eius letabit̃ germinās. Benedices coꝛo
ne anni benignitatiſ tue: ⁊ campi tui reple
bunt̃ vbertate. Pinguelcēt ſpecioſa deſer
ti: ⁊ exultatione colles accingent̃. Induti
ſunt arietes ouiū. et valles abūdabūt fru
mento: clamabūt etenī hymnū dicēt.
Iubilate deo oīs terra. pſalmū Ps. lxv
dicite nomini eius: date gloꝛiā laudi eius.
Dicite deo q̄ terribilia ſunt opa tua dn̄e:
in multitudine virtutis tue mentient̃ tibi
inimici tui. Omīs terra adoꝛet te deus et
pſallat tibi: pſalmū dicat nomini tuo Ve
nite ⁊ videte opa dei: terribilis i ꝯſilijs ſup
filios hoīm. Qui cōuertit mare in aridā.
in flumine ꝑtranſibūt pede: ibi letabimur

in ipſo Qui dominat̄ in virtute ſua in eter
nū. oculi eius ſup gētes reſpiciūt: q̄ exaſpe
rāt nō exaltent̄ in ſemetipſis. Benedicite
gentes deū noſtꝛ: ⁊ auditā facite vocē lau
dis eius. Qui poſuit aīam meā ad vitā: ⁊
nō dedit in cōmotionē pedes meos. Q̄m
ꝓbaſti nos d̄s: igne nos examinaſti ſicut
examinat̄ argētū. Induxiſti nos laqueū.
poſuiſti tribulatiōes in doꝛſo noſtro: im
poſuiſti hoīes ſup capita noſtra. Tranſi
uimus ꝑ ignē et aquā: ⁊ eduxiſti nos in re
frigeriū. Introibo in domū tuā in holo-
cauſtis: reddā tibi vota mea q̄ diſtinxerūt
labia mea. Et locutū eſt os meū: in tribu
latiōe mea. Holocauſta medullata offerā
tibi cū incenſo arietū: offerā tibi boues cū
hyrcis. Uenite audite ⁊ narrabo omnes
qui timetis deū: quanta fecit anime mee.
Ad ipſuꝫ oꝛe meo clamaui: ⁊ exaltaui ſub
lingua mea. Iniquitatē ſi aſpexi in coꝛde
meo: nō exaudiet dn̄s Propterea exaudi
uit deus: ⁊ attendit voci dep̄cationis mee.

Benedictus deus:ꝗ nõ amouit orationē
meã ⁊ miſericordiã ſuã a me. Ps. lxvi.
Deus miſereať noſtri ⁊ benedicat nob:
illuminet vultũ ſuũ ſuꝑ nos. ⁊ miſereatur
noſtri. Ut cognoſcamus in terra viã tuã:
in oĩbus gentibus ſalutare tuũ. Confite
anť tibi ppl'i deus: ꝯfiteanť tibi ppl'i omes
Letenť ⁊ exultent gentes. qm̃ iudicas po
pulos in equitate: ⁊ gẽtes in terra dirigis.
Confiteanť tibi popl'i deus. ꝯfiteanť tibi
ppl'i oẽs: terra dedit fructũ ſuũ Benedicat
nos deus noſter. benedicat nos dš: et me
tuant eum oẽs fines terre. Ps. lxvii.
Exurgat deus ⁊ diſſipenť inimici eius:
et fugiant ꝗ oderũt eũ a facie eius. Sicut
deficit fumus deficiãt. ſicut fluit cera a fa
cie ignis: ſic pereant pctõres a facie dei Et
iuſti epulenť ⁊ exultent in ꝯſpectu dei: ⁊ de
lectenť in leticia Cantate deo pſalmũ dici
te noĩ eius. iter facite ei ꝗ aſcendit ſuꝑ occa
ſum: dñs nomen illi Exultate in ꝯſpectu
eius. turbabunť a facie eius patris orpha

noꝝ: et iudicis viduarū. Deus in loco ſan
cto ſuo: deus q̄ inhabitare facit vnius mo
ris in domo. Qui educit vinctos in fortitu
dine: ſimiliter eos q̄ exaſperāt qui habitāt
in ſepulchris. Deus cū̄ egredieris in cōſpe
ctu populi tui: cū̄ pertranſieris in deſerto.
Terra mota eſt etenī̄ celi diſtillauerunt a
facie dei ſynai: a facie dei iſrael. Pluuiam
voluntariam ſegregabis deus hereditati
tue: ⁊ infirmata eſt tu vero pfeciſti eā. Ani
malia tua habitabūt in ea: paraſti in dul-
cedine tua pauperi deus. Dn̄s dabit ver-
bū̄ euāgeliſantibus: virtute multa. Rex
virtutū̄ dilecti dilecti: ⁊ ſpeciei domus diui
dere ſpolia. Si dormiatis inter medios cle
ros penne columbe deargentate: et poſte-
riora dorſi eius in pallore auri. Dū̄ diſcer
nit celeſtis reges ſup̄ eā niue dealbabunt̄
in ſelmon: mōs dei mōs pinguis. Mons
coagulatus mons pinguis: vt q̄d ſuſpica
mini mōtes coagulatos. Mons in q̊ bene
placitū̄ eſt deo habitare i eo: etenī̄ dn̄s ha-

bitabit in finez. Currus dei decēmilibus
multiplex milia letantiū: dn̄s in eis in ſy-
nai in ſancto Aſcendiſti in altū cepiſti cap
tiuitatē: accepiſti dona in hoīb9. Etenim
nō credentes: inhabitare dn̄m deū. Bene
dictus dn̄s die quotidie: proſperū iter faci
et nobis deus ſalutariū noſtrorum. Deus no
ſter deus ſaluos faciendi: et dn̄i dn̄i exitus
mortis. Uerumtamē deus cōfringet capita
inimicorum ſuorum: verticem capilli perambu
lantiū in delictis ſuis. Dixit dn̄s ex baſan
conuertā: conuertā in pfundū maris Ut
intinguat pes tuus in ſanguie: lingua ca-
nū tuorum ex inimicis ab ipſo. Uiderūt in-
greſſus tuos deus: igreſſus dei mei regis
mei q̄ eſt in ſancto. Preuenerūt principes
cōiuncti pſallentibus: i medio iuuencula-
rū timpaniſtriarum. In eccleſijs benedicite
deo: dn̄o de fontibus iſrahel. Ibi benia-
min adoleſcētulus: in mētis exceſſu Prin
cipes iuda duces eorum: principes zabulon
principes neptalim. Manda deus virtuti

tue: confirma hoc deus qđ operatus es in
nob. A téplo tuo in ieruſalē: tibi offerēt re
ges munera. Increpa feras arūdinis: cō
gregatio thauro⁊ i vaccis ꝑpl'o⁊. vt exclu-
dant eos q̄ ꝓbati ſunt argēto. Diſſipa gē
tes q̄ bella volūt. venient legati ex egipto:
ethiopia ꝑueniet manus ei⁹ deo. Regna
terre cātate deo: pſallite dn̄o Pſallite deo
q̄ aſcendit ſup celū celi: ad orientē Ecce da
bit voci ſue vocē virtutis. date gloriā deo
ſup iſrael: magnificētia ei⁹ ⁊ virtus eius in
nubib⁹. Mirabilis d̄s in ſctis ſuis. d̄s iſra
el ipſe dabit v̄tutē et fortitudinē plebi ſue:
bn̄dictus deus. Glia. Feria quinta. An̄.


Aluū Ps̄.lxviij
me fac deus: qm̄ in
trauerūt aque vſ-
qȝ ad animā meā.
Infixus ſum in li
mo pfundi: ⁊ non
eſt ſubſtantia Ve
ni i altitudinē ma
ris: et tempeſtas dimerſit me. Laboraui
clamās rauce facte ſunt fauces mee: defe-
cerūt oculi mei dū ſpero in deū meū. Mul
tiplicati ſunt ſup capillos capitis mei: qui
oderūt me gratis. Confortati ſunt q̄ pſe
cuti ſūt me inimici mei iniuſte: q̄ nō rapui
tūc exſoluebā. Deus tu ſcis inſipientiam
meā: ⁊ delicta mea a te nō ſunt abſcōdita.
Non erubeſcāt in me q̄ expectant te dn̄e:
dn̄e virtutū. Non ↄfundant̄ ſup me: qui
querunt te d̄s iſrael. Qm̄ ppter te ſuſtinui
opprobriū: operuit cōfuſio faciē meā. Ex
traneus factus ſū fratribus meis: et pere
grinus filijs matris mee. Qm̄ zelus do-

mus tue comedit me: ⁊ oppꝛobꝛia exꝓbꝛā-
tiū tibi ceciderūt ſup me. Et operui in ie-
iunio animā meā: ⁊ factū eſt in oppꝛobꝛiū
mihi. Et poſui veſtimentū meū ciliciū: et
factus ſū illis i parabolam. Aduerſū me
loquebant̄ q̄ ſedebāt in poꝛta: ⁊ i me pſal
lebāt qui bibebāt vinū. Ego vero oꝛatio
nem meā ad te dn̄e: tēpus beneplaciti ds.
In multitudine miſericoꝛdie tue exaudi
me: in veritate ſalutis tue Eripe me de lu
to vt nō infigar. libera me ab his q̄ oderūt
me: ⁊ de pfundis aquaꝝ. Non me demer
gat tēpeſtas aque. neq; abſoꝛbeat me p-
fundū: neq; vrgeat ſup me puteus os ſuū
Exaudi me dn̄e qm̄ benigna eſt miſcdia
tua: ſcd̄m multitudinē miſerationū tuaꝝ
reſpice in me. Et ne auertas faciem tuā a
puero tuo: qm̄ tribuloꝛ velociter exaudi
me. Intende anime mee ⁊ libera eā: ꝓpter
inimicos meos eripe me. Tu ſcis ipꝛope
rium meū ⁊ confuſionē meā: ⁊ reuerentiā
meā. In cōſpectu tuo ſunt oēs qui tribu-

lant me: improperiū expectauit coꝛ meū ⁊
miſeriā. Et ſuſtinui q̄ ſimul cōtriſtaret et
nō fuit: ⁊ q̄ conſolaret et nō inueni. Et de
derunt in eſcam meā fel: ⁊ in ſiti mea pota
uerūt me aceto. Fiat menſa eoꝝ coꝛā ip-
ſis in laqueū: ⁊ in retributiones ⁊ in ſcāda
lum Obſcurentur oculi eoꝝ ne videant: ⁊
doꝛſum eoꝝ ſemꝑ incurua. Effunde ſuꝑ
eos iram tuā: ⁊ furoꝛ ire tue cōpꝛehendat
eos. Fiat habitatio eoꝝ deſerta: et in ta-
bernaclis eoꝝ nō ſit q̄ inhabitet. Qm̄ quē
tu percuſſiſti ꝑſecuti ſunt: ⁊ ſuꝑ doloꝛē vul
nerū meoꝝ addiderunt Appone iniq̄tatē
ſuꝑ iniquitatē eoꝝ: ⁊ nō intrent in iuſticiā
tuā Deleant de libꝛo viuentiū: et cū iuſtis
nō ſcribant. Ego ſum pauꝑ et dolens: ſa
lus tua deus ſuſcepit me. Laudabo no-
men dei cū cantico: et magnificabo eū in
laude. Et placebit deo ſuꝑ vitulū nouel-
lum: coꝛnua ꝓducentē ⁊ vngulas. Vide-
ant pauperes ⁊ letent: querite deū et viuet
anima veſtra. Qm̄ exaudiuit pauperes

dn̄s: ⁊ vinctos ſuos nō deſpexit. L audēt
illum celi ⁊ terra: mare ⁊ oīa reptilia in eis
Q m̄ deus ſaluā faciet ſyon: ⁊ edificabunt̄
ciuitates iude. E t inhabitabūt ibi: ⁊ here
ditate acquirent eā. E t ſemē ſeruoꝝ eius
poſſidebit eā: et q̄ diligūt nomē eius habi
D Eus in adiuto Ps.lxix. tabūt in ea.
riū meū intende: dn̄e ad adiuuandu ꝫ
me feſtina. C onfundant̄ et reuereant̄: q̄
querūt animā meā. A uertant̄ retroꝛſū et
erubeſcant: q̄ volunt mihi mala. A uertā
tur ſtatim erubeſcentes: q̄ dicūt mihi euge
euge. E xultent ⁊ letent̄ in te oēs q̄ querūt
te: et dicant ſemꝑ magnificetur dn̄s q̄ dili
gūt ſalutare tuū E go vero egenus ⁊ pau
per ſuꝫ: deus adiuua me. A diutoꝛ meus
et liberatoꝛ meus es tu: dn̄e ne moꝛeris.
I N te dn̄e ſperaui nō ꝯfundar Ps.lxx.
in eternū: ⁊ iuſticia tua libera me ⁊ eripe
me. I nclina ad me aurē tuā: et ſalua me.
E ſto mihi in deū ꝓtectoꝛem: ⁊ in locū mu
nitū vt ſaluū me facias. Q m̄ firmamentū

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00103

meum: ⁊ refugiū meū es tu. Deus meus
eripe me de manu pctōris: ⁊ de manu con-
tra legē agentis ⁊ iniqui Quō tu es patien
tia mea dn̄e: dn̄e ſpes mea ī iuuētute mea
In te cōfirmatus ſū ex utero: de vētre ma
tris mee tu es ꝓtector meus. In te canta
tio mea ſemꝑ: tanq̄ ꝓdigiū factus ſū mul
tis ⁊ tu adiutor fortis. Repleat̄ os meum
laude. ut cantē gloriā tuā: tota die magni
tudinē tuā Ne proiicias me in tpe ſenectu
tis: cū defecerit virtus mea ne derelinquas
me. Quia dixerunt inimici mei mihi: et
qui cuſtodiebant animā meā conſiliū fece
rūt in vnū. Dicentes deus dereliquit eū. ꝑ
ſequimini ⁊ cōprehendite eū: q2 nō eſt q̄ eri
piat Deus ne elongeris a me: deus meus
in auxiliū meū reſpice. Confundant̄ ⁊ de
ficiant detrahentes anime mee: operiant̄
confuſione ⁊ pudore qui querūt mala mi-
hi. Ego aūt ſemꝑ ſperabo: ⁊ adiiciam ſu
per omnē laudem tuam. Os meū annūci
abit iuſticiam tuā: tota die ſalutare tuum

Q̃m nõ cognoui litteraturã introibo in
potẽtias dñi: dñe memoꝛaboꝛ iuſticie tue
ſolius. Deus docuiſti me a iuuẽtute mea:
et vſqꝫ nunc pnũciabo mirabilia tua. Et
vſqꝫ in ſenectã et ſeniũ: ds ne derelinquas
me Donec annũciem brachiũ tuũ: genera
tio in omni q̃ ventura eſt. Potentiã tuã ⁊
iuſticiã tuã deus vſqꝫ in altiſſima. q̃ feciſti
magnalia: deus q̃s ſimilis tibi. Quãtas
oſtendiſti mihi tribulatiões multas ⁊ ma-
las. ⁊ cõuerſus viuificaſti me: ⁊ de abyſſis
terre iterꝝ reduxiſti me. Multiplicaſti mag
nificentiã tuã: ⁊ cõuerſus ꝯſolatus es me.
Nam et ego ꝯfiteboꝛ tibi in vaſis pſalmi
veritatẽ tuã deus: pſallam tibi in cithara
ſanctus iſrahel. Exultabũt labia mea cũ
cantauero tibi: ⁊ aĩa mea quã redemiſti.
Sed et lingua mea tota die meditabit᷑ iu-
ſticiã tuã: cũ cõfuſi ⁊ reueriti fuerint q̃ que-
Deus iudiciũ Ps̃. lxxi. rũt mala mihi.
tuũ regi da: ⁊ iuſticiam tuã filio regis
Iudicare populũ tuũ in iuſticia: ⁊ paupe

res tuos in iudicio. Suſcipiant mōtes pa
cem populo: ⁊ colles iuſticiam. Iudicabit
pauperes popli. ⁊ ſaluos faciet filios pau
perū: ⁊ humiliabit calumniatorē. Et per
manebit cū ſole ⁊ ante lunā: in generatiōe
et generationē. Deſcendit ſicut pluuia in
vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terrā
Orietur in diebus eius iuſticia ⁊ abūdan
tia pacis: donec auferat luna. Et domina
bit a mari vſqꝫ ad mare: et a flumine vſqꝫ
ad terminos orbis terrarum. Corā illo pci
dent ethiopes: ⁊ inimici eius terrā lingent
Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent:
reges arabū ⁊ ſaba dona adducent. Et a
dorabūt eū oēs reges: oēs gentes ſeruient
ei. Quia liberabit pauperē a potēte: ⁊ pau
perē cui nō erat adiutor. Parcet pauperi
⁊ inopi: ⁊ aīas pauperum ſaluas faciet. Ex
vſuris ⁊ iniqtate redimet aīas eorum: ⁊ ho
norabile nomē eorum corā illo. Et viuet ⁊ da
bit ei d' auro arabie. ⁊ adorabūt de ipo ſp:
tota die benedicēt ei. Erit firmamentū in

terra in ſummis montiū. ſuperextolletˀ ſup ℟
libanū fructus eius: ⁊ florebūt de ciuitate
ſicut fenū terre. Sit nomē eius benedictū
in ſecl'a: ante ſolem pmanet nomē ei⁹. Et
benedicentˀ in ipſo oēs tribus terre: oēs gē
tes magnificabūt eū. Benedictus dñs ds
iſrael: q̄ facit mirabilia ſolus. Et benedi-
ctū nomē maieſtatis eius ineternū. ⁊ reple ℟
bitˀ maieſtate eius oīs terra: fiat fiat
Quam bonus iſrael deus: Ps. lxxij.
his q̄ recto ſunt corde. Mei autē pene moti
ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui ſup iniquos: pacem pctōꝝ vi
dens. Quia nō eſt reſpectus morti eoꝝ: et
firmamentū in plaga eoꝝ. In labore ho
minū nō ſunt: ⁊ cū hoibus nō flagellabun
tur. Ideo tenuit eos ſupbia: operti ſūt ini
quitate et ipietate ſua. Prodijt q̄ſi ex adi
pe iniq̄tas eoꝝ: tranſierūt in affectū cordis
Cogitauerūt ⁊ locuti ſunt nequitiā: iniq̄
tatē in excelſo locuti ſūt. Poſuerūt in celū
os ſuū: ⁊ lingua eoꝝ trāſiuit i terra. Ideo

conuertẽt populus meus hic: ⁊ dies pleni
inuenient̃ in eis. Et dixerũt quõ ſcit deus:
et ſi eſt ſcientia in excelſo. Ecce ipſi pctõres
et abũdantes in ſeculo: obtinuerũt diuiti-
as. Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor
meũ: ⁊ laui inter innocẽtes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et caſtigatio
mea in matutinis. Si dicebã narrabo ſic:
ecce nationẽ filiorꝫ tuorꝫ reprobaui. Exiſti
mabã ut cognoſcerẽ: hoc labor eſt ante me
Donec intrẽ in ſanctuariũ dei: ⁊ intelligã
in nouiſſimis eorꝫ. Verꝫtamẽ ꝓpter dolos
poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuiarent̃.
Quõ facti ſunt in deſolationẽ ſubito defe
cerũt: perierũt ꝓpter iniquitatẽ ſuã. Velut
ſomniũ ſurgentiũ dñe in ciuitate tua: ima
ginẽ ipſorꝫ ad nihilum rediges. Quia in-
flammatũ eſt cor meũ. et renes mei cõmu-
tati ſunt: ⁊ ego ad nihilũ redactus ſũ et ne-
ſciui. Ut iumentũ factus ſũ apd̃ te: ⁊ ego
ſemꝑ tecũ. Tenuiſti manũ dexterã meã.
et in uoluntate tua deduxiſti me: ⁊ cũ glĩa

ſuſcepiſti me. Quid enĩ mihi eſt in celo: ⁊ a
te quid volui ſup terrã. Deficit caro mea ⁊
coꝛ meũ: deus coꝛdis mei ⁊ pars mea deuſ
in eternũ. Quia ecce q̃ elongãt ſe a te peri-
bũt: perdidiſti oẽs q̃ foꝛnicant̃ abs te. Mi
hi aũt adherere deo bonum eſt: ponere in
dño deo ſpem meã. Ut annũciem oẽs p̃-
dicatões tuas: ĩ poꝛtis filie ſyon. Ps. lxxiij
UT quid deuſ repuliſti ĩ finẽ: iratus ẽ fu
roꝛ tuus ſup oues paſcue tue. Memoꝛ
eſto cõgregatõis tue: quã poſſediſti ab ini
tio. Redimiſti virgã hereditatis tue: mõs
ſyon in q̃ habitaſti in eo. Leua manus tu
as in ſupbias eoꝝ in finẽ: quãta maligna-
tus eſt inimicis in ſancto. Et gloriati ſũt
q̃ oderũt te: in medio ſolennitatis tue. Po
ſuerũt ſigna ſua ſigna. et nõ cognouerũt:
ſicut in exitu ſup ſummũ. Quaſi ĩ ſilua lig
noꝝ ſecuribus exciderũt ianuas eius in id
ipſum: in ſecuri ⁊ aſcia deiecerũt eã. Incen
derũt igni ſanctuariũ tuũ in terra: pollue-
rũt tabernaculũ nois tui. Dixerũt in coꝛ-

de ſuo cognatio eoꝝ ſimul: quieſcere faci-
amus oēs dies feſtos dei a terra. Signa
nostra nō vidimus. iam non eſt ꝓpheta: et
nos non cognoſcet amplius. Uſquequo
deus īproperabit inimicus: irritat aduer-
ſarius nomē tuū in finē Ut quid auertis
manū tuā ⁊ dexterā tuā: de medio ſinu tu
o in finē. Deus aūt rex noster ante ſecula:
operatus eſt ſalutē in medio terre. Tu cō
firmaſti in virtute tua mare: cōtribulaſti
capita draconū in aquis Tu cōfregiſti ca
pita draconis: dediſti eū eſcā populis ethi-
opū. Tu dirupiſti fontes ⁊ torrentes: tu
ſiccaſti fluuios ethan Tuus eſt dies ⁊ tua
eſt nox: tu fabricatus es aurorā et ſolem.
Tu feciſti oēs terminos terre: eſtatem et
ver tu plaſmaſti ea. Memor eſto huius ini
micus īproperauit dn̄o: ⁊ populus inſipi
ens īcitauit nomē tuū. Ne tradas beſtijs
aīas confitentes tibi: ⁊ aīas pauperꝝ tu
orū ne obliuiſcaris in finē Reſpice in teſta
mentū tuū. q2 repleti ſunt q̄ obſcurati ſūt:

terre domibus iniquitatū. Ne auertat̄ hu
milis factus confuſus: paup̄ et inops lau
dabūt nomē tuū. Exurge d̄s iudica cau-
ſam tuā: memor eſto ip̄roperioꝝ tuoꝝ. eo
rū q̄ ab inſipiente ſunt tota die. Ne obliui
ſcaris voces inimicoꝝ tuoꝝ: ſup̄bia eoꝝ q̄
te oderūt aſcendit ſemp̄. Pſ. lxxiiij.
Confitebimur tibi deus cōfitebimur:
⁊ inuocabimus nomē tuū. Narrabimus
mirabilia tua: cū accepero t̄pus ego iuſti
cias iudicabo. Liquefacta eſt terra ⁊ oēs
q̄ habitāt in ea: ego cōfirmaui columnas
eius. Dixi iniq̄s nolite inique agere: et de
linquētibus nolite exaltare cornu. Nolite
extollere ī altū cornu veſtrū: nolite loq̄ ad
uerſus deū iniq̄tatē. Quia neq꞉ ab oriēte
neq꞉ a deſertis mōtibus:
qm̄ d̄s iudex ē. Hūc hūiliat et hūc exaltat:
qꝛ calix in manu dn̄i vini meri plenus mix
to. Et iclinauit ex hoc in h̄ vex̄tū fex eius
nō eſt exinanita: bibēt oēs pctōres terre. E
go aūt ānūciabo ī ſeclm̄: cātabo d̄o iacob

Et oia cornua pctoꝝ confringã: ⁊ exalta-
Notus in Ps. lxxv. buntᷣ cornua iuſti.
iudea deus: in iſrael magnũ nomen
eius. Et factus eſt in pace locus eius: ⁊ ha
bitatio eius in ſyon. Ibi cõfregit potenti
as: arcũ ſcutũ gladiũ ⁊ bellũ. Illuminãs
tu mirabiliter a mõtibus eternis: turbati
ſunt oẽs inſipiẽtes corde. Dormierũt ſom
nũ ſuũ: ⁊ nihil inuenerũt oẽs viri diuitiaꝝ
in manibus ſuis. Ab increpatiõe tua ds
iacob: dormitauerũt q̄ aſcenderũt equos
Tu terribilis es et quis reſiſtet tibi: ex tũc
ira tua. De celo auditũ feciſti iudiciũ: ter-
ra tremuit et quieuit. Cũ exurgeret in iu
dicio deus: ut ſaluos faceret oẽs manſue-
tos terre. Qm̃ cogitatio hoĩs cõfitebitᷣ ti-
bi: ⁊ reliquie cogitatiõis diem feſtũ agent
tibi. Vouete ⁊ reddite dñõ deo vr̃o: oẽs q̄
in circuitu eius affertis munera. Terribi
li et ei q̄ aufert ſpiritũ principũ: terribili a-
Voce mea Ps. lxxvi. pud reges terre.
ad dñm clamaui: voce mea ad deũ ⁊

intendit mihi. In die tribulatiōis mee de
um exquiſiui manibus meis nocte cōtra
eū: ⁊ nō ſum deceptus. Renuit conſolari
aīa mea. memoꝛ fui dei ⁊ delectatus ſuꝫ:
et exercitatus ſuꝫ ⁊ defecit ſpiritus meus.
Anticipauerūt vigilias oculi mei: turba-
tus ſum ⁊ non ſum locutus Cogitaui di
es antiquos: ⁊ annos eternos ī mente ha-
bui Et meditatus ſū nocte cū coꝛde meo:
et exercitabar ⁊ ſcobebā ſpiritū meū. Nū
quid ineternū ꝓiiciet deus: aut non appo-
net vt cōplacitioꝛ ſit adhuc. Aut in finem
miſcdiam ſuā abſcidet: a generatiōe in ge
nerationē. Aut obliuiſcet meſereri deus:
aut cōtinebit in ira ſua miſcdias ſuas Et
dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelſi.
Memoꝛ fui operū dn̄i: qꝛ memoꝛ ero ab
initio mirabiliū tuoꝝ. Et meditaboꝛ in
oībus operibus tuis: ⁊ in adinuentiōibuſ
tuis exerceboꝛ. Deus in ſctō via tua. quis
deus magnus ſicut deꝰ noſter: tu es d̄s q̄
facis mirabilia. Notaꝫ feciſti in populis

virtutē tuā. redemiſti i brachio tuo popu-
lum tuū: filios iacob ⁊ ioſeph. Viderūt te
aque deus. viderūt te aque et timuerūt: et
turbate ſunt abyſſi. Multitudo ſonitus a
quaꝝ: vocem dederūt nubes. Etenī ſagit
te tue tranſeūt: vox tonitrui tui i rota. Il
luxerūt choꝛuſcatōes tue oꝛbi terre: cōmo
ta eſt ⁊ cōtremuit terra. In mari via tua.
et ſemite tue i aquis multis: ⁊ veſtigia tua
non cognoſcent. Deduxiſti ſicut oues po
pulum tuū: in manu moyſi ⁊ aaron.
Attendite popule meus le Ps. lxxvij.
gē meā: inclinate aurē veſtrā in verba oꝛis
mei. Aperiā in parabolis os meū: loquar
ꝓpoſitiōes ab initio. Quāta audiuimus
⁊ cognouimus ea: ⁊ patres nr̄i narrauerūt
nobis. Nō ſunt occulta a filijs eoꝝ: in ge
neratione altera. Narrātes laudes dn̄i ⁊
virtutes eius: ⁊ mirabilia eius q̄ fecit. Et
ſuſcitauit teſtimoniū in iacob: ⁊ legē poſu
it i iſrael. Quāta mādauit patribus nr̄is
nota facere ea filijs ſuis: vt cognoſcat ge-

neratio altera. Filij q̇ naſcenť ⁊ exurgẽt: ⁊
narrabũt filijs ſuis. Ut ponãt in deo ſpẽ
ſuã. ⁊ nõ obliuiſcanť operꝝ dei: ⁊ mandata
eius exquirãt. Ne fiant ſicut prẽs eorꝝ: ge
neratio praua ⁊ exaſperãs. Generatio q̃
nõ direxit cor ſuũ: et nõ eſt creditus cũ deo
ſpũs eius: Filij effrem intendẽtes ⁊ mittẽ
tes arcũ: cõuerſi ſunt in die belli. Nõ cuſto
dierũt teſtamentũ dei: ⁊ in lege eius nolue-
rũt ambulare. Et obliti ſunt benefactorꝝ
eius: ⁊ mirabiliũ eius q̃ oſtendit eis. Corã
patribus eorꝝ fecit mirabilia ĩ terra egyp-
ti: in campo thaneos. Interrupit mare ⁊
perduxit eos: ⁊ ſtatuit aquas quaſi ĩ utre.
Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte
in illuminatõe ignis. Interrupit petrã in
heremo: et adaquauit eos velut in abyſſo
multa. Et eduxit aquã de petra: ⁊ deduxit
tanq̃ flumina aquas. Et appoſuerũt adhuc
peccare ei: in irã excitauerũt excelſũ in inaq̃-
ſo. Et tentauerũt deũ in cordibus ſuis: ut
peterẽt eſcas aĩabus ſuis. Et male locuti

ſunt de deo: dixerũt nunq̇d poterit dn̄s pa-
rare menſã in deſerto. Qm̄ ꝑcuſſit petrã
et fluxerũt aque: ꝛ torrẽtes inundauerũt.
Nunq̇d et panẽ poterit dare: aut parare
menſam ꝓplo ſuo. Ideo audiuit dn̄s ꝛ di
ſtulit. ꝛ ignis accenſus ẽ in iacob: ꝛ ira aſcẽ-
dit in iſrael. Quia nõ crediderũt in deo: nec
ſperauerũt in ſalutari eius. Et mãdauit
nubibus deſuꝑ: ꝛ ianuas celi aperuit. Et
pluit illis mãnã ad mãducandũ: ꝛ panẽ ce
li dedit eis. Panẽ angeloꝝ mãducauit ho
mo: cibaria miſit eis ĩ abundantiã. Trã-
ſtulit auſtrũ de celo: ꝛ induxit in ꝟtute ſua
africũ. Et pluit ſuꝑ eos ſicut puluerẽ car-
nes: ꝛ ſicut arenã maris volatilia pennata
Et ceciderũt in medio caſtroꝝ meoꝝ: circa
tabernacl'a eoꝝ. Et mãducauerũt ꝛ ſatu
rati ſũt nimis. et deſideriũ eoꝝ attulit eis:
nõ ſũt fraudati a deſiderio ſuo. Adhuc eſce
eoꝝ erãt in ore ipſoꝝ: et ira dei aſcẽdit ſuꝑ
eos. Et occidit pigues eoꝝ: ꝛ electos iſrael
ĩpediuit. In oĩbus his peccauerũt adhuc:

et nõ crediderũt in mirabilibus eius. Et
defecerũt in vanitate dies eoꝝ: ⁊ anni eoꝝ
cũ feſtinatiõe Cũ occideret eos querebãt
eũ: ⁊ reuertebant̃ ⁊ diluculo veniebant ad
eũ. Et rememorati ſunt qꝛ deus adiutor
eſt eoꝝ: ⁊ deus excelſus redemptor eoꝝ eſt
Et dilexerũt eũ in ore ſuo: ⁊ lingua ſua mẽ
titi ſũt ei. Cor aũt eoꝝ nõ erat rectũ cũ eo:
nec fideles habiti ſũt in teſtamẽto eius Ip
ſe aũt eſt miſericors. ⁊ ꝓpitius fiet peccatis
eoꝝ: ⁊ nõ diſperdet eos Et abũdauit vt a
uerteret irã ſuã: ⁊ nõ accendit omnem irã
ſuã. Et recordatus eſt qꝛ caro ſunt: ſpũs
vadens ⁊ nõ rediens. Quotiens exacerba
uerũt eũ in deſerto: in ira ꝯcitauerũt eũ in
inaquoſo. Et conuerſi ſunt ⁊ tentauerũt
deũ: ⁊ ſanctũ iſrael exacerbauerũt Nõ ſunt
recordati manus eius: die q̃ redemit eos
de manu tribulantis. Sicut poſuit i egy-
pto ſigna ſua: et ꝓdigia ſua in cãpo thane
os. Et cõuertit in ſanguinẽ flumina eoꝝ:
⁊ imbres eoꝝ ne biberẽt. Miſit in eos cino

miã ⁊ comedit eos: ⁊ ranã et diſꝑdidit eos
Et dedit erugini fructus eoꝝ: et labores
eoꝝ locuſte. Et occidit in grãdine vineas
eoꝝ: et moros eoꝝ in pruina. Et tradidit
grandini iumenta eoꝝ: et poſſeſſionẽ eoꝝ
igni. Miſit in eos irã indignatiõis ſue. in-
dignationẽ ⁊ irã ⁊ tribulationẽ: immiſſio-
nẽ ꝑ angelos malos. Uiam fecit ſemite ire
ſue. et nõ pepercit a morte animaꝝ eoꝝ: et
iumenta eoꝝ in morte cõcluſit. Et pcuſſit
oĩe primogenitũ in terra egypti: primiti
as oĩs laboris eoꝝ in tabernaculis cham.
Et abſtulit ſicut oues populũ ſuũ: ⁊ ꝓdu
xit eos tanꝗ gregẽ in deſerto. Et deduxit
eos in ſpe ⁊ nõ timuerũt: ⁊ inimicus eoꝝ o
peruit mare. Et induxit eos ĩ montẽ ſan
ctificationis ſue: montẽ quẽ acꝗſiuit dexte
ra eius. Et eiecit a facie eoꝝ gẽtes: ⁊ ſorte
diuiſit eis terrã in funiculo diſtributiõis.
Et habitare fecit in tabernaculis eoꝝ: tri
bus iſrael. Et tentauerũt ⁊ exacerbauerũt
deũ excelſũ: ⁊ teſtimonia eius nõ cuſtodie-

rũt Et auerterũt ſe ꝛ nõ ſeruauerũt pactũ.
quẽadmodũ patres eoꝝ:cõuerſi ſunt i ar-
cum prauũ. In ira cõcitauerũt eũ in colli-
bus ſuis:ꝛ i ſculptilibus ſuis ad emulatio
nẽ eũ ꝓuocauerũt. Audiuit deus ꝛ ſpreuit:
ꝛ ad nihilũ redegit valde iſrael Et repulit
tabernaculũ ſilo:tabernaculũ ſuũ vbi ha-
bitauit in hominibus. Et tradidit in cap
tiuitatẽ virtutẽ eoꝝ:et pulchritudinez eoꝝ
in manus inimici. Et concluſit in gladio
populũ ſuũ:ꝛ hereditatẽ ſuã ſpreuit Iuue
nes eoꝝ comedit ignis:et virgines eoꝝ nõ
ſunt lamentate. Sacerdotes eoꝝ in gladi
o ceciderunt:ꝛ vidue eoꝝ nõ plorabantur
Et excitatus eſt tanq̃ dormiens dñs:tan
q̃ potens crapulatus a vino Et percuſſit
inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium
ſempiternuz dedit illis. Et repulit taber-
naculum ioſeph: et tribũ effrem nõ elegit
Sed elegit tribũ iuda: montẽ ſyon quẽ di
lexit. Et edificauit ſicut vnicorniũ ſancti-
ficium ſuũ:in terra quã fundauit in ſecl'a.

¶ Et elegit dauid ſeruū ſuū. ⁊ ſuſtulit eū de
gregibus ouiū: de poſt fetātes accepit eū.
Paſcere iacob ſeruū ſuū: ⁊ iſrael hereditā-
tem ſuā. Et pauit eos ī innocentia cordis
ſui: et ī intellectibus manuū ſuaꝝ deduxit
Deus venerūt gentes Ps. lxxviij. eos.
¶ in hereditatē tuā. polluerūt templum
ſanctū tuū: poſuerunt ieruſalē in pomoꝝ
cuſtodiā. Poſuerūt morticina ſeruoꝝ tu-
orū eſcas volatilibus celi: carnes ſctōꝝ tu-
orū beſtijs terre. Effuderūt ſanguinē ip-
ſoꝝ tanꝙ aquā in circuitu ieruſalem: ⁊ nō
erat q̄ ſepeliret. Facti ſumus opprobriū vi
cinis noſtris: ſubſannatio ⁊ illuſio his qui
in circuitu nr̄o ſunt. Uſqȝ q̄ dn̄e iraſceris ī
finē: accendeť velut ignis zelus tuus. Ef-
funde irā tuā in gentes q̄ te nō nouerūt: ⁊
in regna q̄ nomen tuū nō inuocauerunt.
Quia comederūt iacob: et locū eius deſo-
lauerūt. Ne memineris iniq̄tatū noſtraꝝ
¶ antiquarū. cito anticipēt nos miſcdie tue:
q꞉ pauperes facti ſumus nimis. Adiuua

nos deus ſalutaris noſter. ꝛ ꝓpter gloriā
noīs tui dn̄e libera nos: ꝛ ꝓpitius eſto pec
catis noſtris ꝓpter nomē tuū. Ne forte di-
cant in gētibus ubi eſt deus eoꝝ: ꝛ innoteſ
cat in nationibus corā oculis nr̄is. Ultio
ſanguinis ſeruoꝝ tuoꝝ q̇ effuſus eſt: itro
eat in conſpectu tuo gemitus cōpeditoꝝ.
Scđm magnitudinē brachij tui: poſſide
filios mortificatoꝝ. Et redde vicinis nr̄is
ſeptuplū in ſinu eoꝝ: iproperiū ipſoꝝ q̄d
exprobrauerūt tibi dn̄e. Nos autē popu
lus tuus ꝛ oues paſcue tue: cōfitebimur ti
bi in ſeculū. In generatiōe ꝛ generationē:
Q annūciabimus laudē tuā. Pſ̄. lxxix.
Ui regis iſrael intende: q̇ deducis ve
lut ouē ioſeph. Qui ſedes ſup̄ cherubin:
manifeſtare corā effraym beniamyn ꝛ ma
naſſe. Excita potentiam tuā ꝛ veni: ut ſal
uos facies nos. Deus cōuerte nos: ꝛ oſten
de faciem tuā ꝛ ſalui erimus. Dn̄e dn̄s vir-
tutū: quouſqꝫ iraſceris ſup̄ orationē ſerui
tui. Cibabis nos pane lacrimaꝝ: ꝛ potū

dabis nobꝰ in lacrimis ĩ meſura. Poſuiſti nos in cõtradictionẽ vicinis noſtris: et inimici noſtri ſubſannauerũt nos. Deus virtutũ cõuerte nos: ⁊ oſtende faciẽ tuã et ſalui erimus. Vineã de egypto tranſtuliſti: eieciſti gẽtes ⁊ plantaſti eã Dux itineris fuiſti in cõſpectu eius: ⁊ plãtaſti radices eius ⁊ ĩpleuit terrã. Operuit mõtes vmbra eiꝰ: ⁊ arbuſta eius cedros dei. Extẽdit palmites ſuos vſqȝ ad mare: et vſqȝ ad flumẽ ꝑpagines eius. Vt q̇d deſtruxiſti maceriã eius: ⁊ vindemiãt eã oẽs q̇ ꝑtergrediunt̃ viã. Exterminauit eã aper de ſilua: et ſingularis ferus depaſtus eſt eã. Deus virtutũ conuertere: reſpice de celo ⁊ vide ⁊ viſita vineã iſtam. Et ꝑfice eã quã plantauit dextera tua: ⁊ ſup filiũ hoĩs quẽ cõfirmaſti tibi Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa: ab increpatiõe vultus tui peribũt. Fiat manus tua ſup virũ dextere tue: ⁊ ſup filiũ hoĩs quẽ cõfirmaſti tibi. Et nõ diſcedimus a te: viuificabis nos ⁊ nomen tuũ inuocabimus. Dñe

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00122

deus virtutū conuerte nos: et oſtende faciem tuam ꝛ ſalui erimus. Gloria patri.

Feria ſexta. Ad matutinas.

Pſ. lxxx.



Xultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Sumite pſalmū et date timpanū: pſalteriū iocūdum cū cithara. Buccinate i neomenia tuba: in inſigni die ſolennitatis veſtre. Quia p̄ceptū in iſrael ē: ꝛ iudiciū deo iacob. Teſti

moniū in ioſeph poſuit illud: cū exiret de
terra egypti linguā quā nō nouerat audi-
uit. Diuertit ab oneribus dorſū eius: ma
nus eius in cophino ſeruierunt. In tribu
℣ latione inuocaſti me ⁊ liberaui te. ⁊ exaudi
ui te in abſcōdito tempeſtatis: probaui te
apud aquā cōtradictionis. Audi popule
℣ meus ⁊ cōteſtabor te. iſrael ſi audieris me
non erit in te deus recens: neqȝ adorabis
deū alienū. Ego enī ſuȝ dn̄s deus tuus q̇
eduxi te d̾ terra egypti: dilata os tuū ⁊ im
plebo illud. Et non audiuit populus me
us vocē meā: ⁊ iſrael nō intendit mihi. Et
dimiſi eos ſcd̾m deſideria cordis eoꝝ: ibūt
in adinuentiōibus ſuis Si pp̄ls meus au
diſſet me: iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet
Pro nihilo forſitan inimicos eoꝝ hūiliaſ
ſem: et ſup tribulātes eos miſiſſem manū
meā. Inimici dn̄i mētiti ſūt ei: ⁊ erit tēpus
eoꝝ i ſecl'a Et cibauit illos ex adipe frumē
ti: et de petra melle ſaturauit eos. Ps.
Deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ: lxxxi.

in medio aūt deos diiudicat Uſqȝquo iu
dicatis iniquitatē: ⁊ facies pctōꝝ ſumitis.
Iudicate egeno ⁊ pupillo: humileȝ et pau
perē iuſtificate. Eripite pauperē: ⁊ egenū
de manu pctōꝛis liberate. Neſcierūt neqȝ
intellexerūt in tenebꝛis ambulant: moue-
būtur oīa fundamēta terre. Ego dixi dij
eſtis: ⁊ filij excelſi oēs Uos aūt ſicut hoīes
moꝛiemini: ⁊ ſicut vnus de pꝛincipibus ca
detis. Surge deus iudica terrā: qm̄ tu he
reditabis in oībus gentibus. Ps. lxxxij.

DEus quis ſimilis erit tibi: ne taceas ne
qȝ cōpeſcaris deus. Qm̄ ecce inimici
tui ſonuerūt: ⁊ q̄ oderūt te extulerūt caput
Sup populum tuū malignauerūt conſi-
lium: ⁊ cogitauerūt aduerſus ſanctos tu-
os Dixerūt venite ⁊ diſpdamus eos de gē
te: ⁊ nō memoret nomen iſrael vltra. Qm̄
cogitauerūt vnanimiter: ſimul adūſus te
teſtamentū diſpoſuerūt tabernacl'a ydu-
meoꝝ ⁊ iſmahelite Moab ⁊ agareni gebal
et amon ⁊ amelech: alienigene cū habitāti

bus tyrū. Etenī aſſur venit cū illis: facti
ſunt in adiutoriū filijs loth. Fac illis ſicut
madian ⁊ ſyſare: ſicut iabin in torrente ci-
ſon. Diſperierūt in endor: facti ſunt vt ſter
cus terre. Pone principes eoꝝ: ſicut oreb
et zeb et zebee ⁊ ſalmana. Omēs principeſ
eoꝝ: q̄ dixerūt hereditate poſſideamus ſan
ctuariū dei. Deus meus pone illos vt ro-
tam: ⁊ ſicut ſtipulā ante faciē venti. Sicut
ignis q̄ comburit ſiluā: ⁊ ſicut flamma cō-
burēs mōtes. Ita pſequeris illos in tem-
peſtate tua: ⁊ in ira tua turbabis eos. Im
ple facies eoꝝ ignominia: ⁊ querēt nomen
tuū dn̄e. Erubeſcāt ⁊ cōturbent̄ in ſeculū
ſeculi: ⁊ confundant̄ ⁊ pereant. Et cogno
ſcāt q2 nomē tibi dn̄s: tu ſolus altiſſimus
Quam dilecta Pſ. lxxxiij. in oī terra.
tabernacula tua dn̄e virtutū: concu
piſcit ⁊ deficit aīa mea in atria dn̄i. Cor
meū ⁊ caro mea: exultauerūt in deū viuū.
Etenī paſſer inuenit ſibi domū: ⁊ turtur
nidum vbi reponat pullos ſuos. Altaria

tua dñe virtutũ: rex meus et deus meus. Beati q̄ habitãt in domo tua dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te. aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrimaꝝ: in loco quẽ poſuit. Etenĩ benedictionẽ dabit legiſlator. ibũt de virtute in virtutẽ: videbit̃ d̄s deoꝝ in ſyon. Dñe deus virtutũ exaudi oratio nẽ meã: auribus percipe deus iacob. Protector noſter aſpice deus: ⁊ reſpice ĩ faciem xp̄i tui. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſup milia. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magis q̄ habitare ĩ tabernaculis pctõꝝ. Quia miſcdiam ⁊ veritatẽ diligit deus: gratiã ⁊ gloriã dabit dñs. Nõ priuabit bonis eos q̄ ambulant in innocẽtia: dñe virtutũ beatus homo q̄ ſperat ĩ te

Benedixiſti dñe terrã tuã: Ps. lxxxiiij. auertiſti captiuitatẽ iacob. Remiſiſti iniquitatẽ plebis tue: operuiſti oĩa peccata eoꝝ. Mitigaſti omnẽ irã tuã: auertiſti ab ira indignatiõis tue. Cõuerte nos d̄s ſa-

lutaris noſter: ⁊ auerte irã tuã a nobꝭ. Nũ
quid in eternũ iraſceris nobis: aut exten-
dens irã tuã a generatiõe in generationẽ.
Deus tu ↄuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs
tua letabit̃ in te. Oſtende nobis dñe miſe
ricordiã tuã: ⁊ ſalutare tuũ da nobis. Au
diã quid loquat̃ in me dñs ds: qm̃ loquet̃
pacẽ in plebẽ ſuã. Et ſup ſanctos ſuos: et
in eos q̃ cõuertunt̃ ad cor. Verũtamẽ ꝓpe
timẽtes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet
gloria in terra nr̃a. Miſcdia ⁊ veritas ob-
uiauerũt ſibi: iuſticia et pax oſculate ſunt.
Veritas de terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo
ꝓſpexit. Etenim dñs dabit benignitatẽ: et
terra nr̃a dabit fructũ ſuũ. Iuſticia ante
eũ ambulabit: ⁊ ponet i via greſſus ſuos.
Inclina dñe aurẽ tuã ⁊ exau Ps. lxxxv.
di me: qm̃ inops ⁊ pauꝑ ſum ego. Cu
ſtodi animã meã qm̃ ſanctus ſũ: ſaluũ fac
ſeruũ tuũ deus meus ſperantẽ in te. Miſe
rere mei dñe qm̃ ad te clamaui tota die: le-
tifica animã ſerui tui. qm̃ ad te dñe aĩam

meã leuaui. Qm̃ tu dñe ſuauis ⁊ mitis et multe miſcdie: oibus inuocãtibus te. Auribus percipe dñe orationẽ meã: ⁊ intende voci deꝑcationis mee. In die tribulatõis mee clamaui ad te: q2 exaudiſti me Nõ eſt ſimilis tui in diis dñe: et nõ eſt ſcdm opera tua. Oĩes gentes quaſcunqȝ feciſti, venient ⁊ adorabũt corã te dñe: et glorificabũt nomen tuũ. Qm̃ magnus es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es de⁹ ſolus. Deduc me dñe in via tua. ⁊ ingrediar in veritate tua: letetᷣ cor meũ vt timeat nomẽ tuũ Confitebor tibi dñe ds meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomẽ tuũ in eternũ. Quia miſericordia tua magna eſt ſuꝑ me: ⁊ eruiſti animã meã ex inferno inferiori. Deus iniqui inſurrexerũt ſuꝑ me. ⁊ ſynagoga potentiũ queſierũt animã meã: ⁊ nõ ꝓpoſuerũt te in cõſpectu ſuo. Et tu dñe deus miſerator ⁊ miſericors: patiẽs ⁊ multe miſcdie ⁊ verax Reſpice in me ⁊ miſerere mei. da imperiũ tuũ pueroꝝ tuo: ⁊ ſaluũ facfiliũ ancille tue.

℣ Fac mecū ſignū in bono. vt videāt q̄ ode
rūt me et cōfundant̄: qm̄ tu dn̄e adiuuiſti
F Vn Pſ. lxxxvi. me ⁊ cōſolatus es me.
damēta eius in mōtibus ſanctis: dili
git dn̄s portas ſyon ſup̄ oīa tabernacula
iacob Glorioſa dicta ſūt de te: ciuitas dei
Memor ero raab ⁊ babilonis: ſcientiū me
Ecce alienigine ⁊ tyrus ⁊ pp̄ls ethiopū: hij
℣ fuerūt illic Nunq̄d ſyon dicet homo. ⁊ ho
mo natus ē in ea: ⁊ ipſe fundauit eā altiſſi
mus. Dn̄s narrabit i ſcripturis poploꝝ:
⁊ principū hoꝝ q̄ fuerūt in ea. Sicut letan
D tiū oim: habitatio ē in te. Pſ. lxxxvij.
Omine deus ſalutis mee: i die clama
ui ⁊ nocte corā te. Intret in cōſpectu tuo
oratio mea: inclina aurē tuā ad precē meā
Quia repleta ē malis aīa mea: ⁊ vita mea
inferno appropinq̄bit. Eſtimatus ſuz cū
deſcendētibus in lacū: factus ſum ſicut ho
mo ſine adiutorio inter mortuos liber. Si
℣ cut vulnerati dormientes i ſepulcris. quo
rū nō es memor amplius: et ipſi de manu

tua repulſi ſunt. Poſuerũt me in lacu in-
feriori: i tenebroſis ⁊ i umbra mortis Sup
me cõfirmatus ẽ furor tuus: ⁊ oẽs fluctus
tuos induxiſti ſuper me Longe feciſti no
tos meos a me: poſuerũt me abominatio-
nẽ ſibi. Traditus ſũ ⁊ nõ egrediebar: ocu
li mei languerũt ꝑ inopia Clamaui ad te
dñe: tota die expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia: aut
medici ſuſcitabũt ⁊ ꝯfitebũtur tibi. Nunqd
narrabit aliqs in ſepulcro miſcdiam tuã:
⁊ veritatẽ tuã in perditõe Nunqd cogno
ſcentur in tenebris mirabilia tua: et iuſticia
tua i terra obliuiõis. Et ego ad te dñe cla
maui: ⁊ mane orõ mea ꝑueniet te. Ut qd
dñe repellis orõnẽ meã: auertis faciez tuã
a me. Paup ſũ ego ⁊ i laborib9 a iuuẽtute
mea: exaltatus aũt hũiliatus ſũ et ꝯturba
tus. In me tranſierũt ire tue: ⁊ terrores tui
ꝯturbauerũt me. Circũdederũt me ſicut aq
tota die: circũdederũt me ſimul Elõgaſti a
me amicũ ⁊ ꝓximũ: ⁊ notos meos a miſeria

MIſericordias dñi: ineter Pſ. lxxxviij.
nũ cantabo. In generatiõe ꝛ genera-
tionẽ: annũciabo veritatẽ tuã in ore meo.
Quõ dixiſti ineternũ miſ͞ia edificabit᷑ in
celis: ꝑparabit᷑ veritas tua in eis. Diſpo-
ſuit teſtamentũ electis meis: iuraui dauid
ſeruo meo uſqꝫ ineternũ preparabo ſemẽ
tuũ. Et edificabo in generatiõe ꝛ genera
tionẽ: ſedẽ tuã. Cõfitebunt᷑ celi mirabilia
tua dñe: etenĩ veritatẽ tuã in eccleſia ſctõꝝ.
Quõ quis in nubibus equabit᷑ dño: ſimi-
lis erit dño in filijs dei. Deus q̇ gloriat᷑ in
conſilio ſanctoꝝ: magnus ꝛ terribilis ſup
oẽs q̇ in circuitu eius ſunt. Dñe deus vir-
tutũ quis ſimilis tibi: potens es dñe ꝛ veri
tas tua ĩ circuitu tuo. Tu dominaris po
teſtati maris: motũ aũt fluctuũ eius tu mi
tigas. Tu humiliaſti ſicut vulneratũ ſu-
perbũ: in brachio ꝟtutis tue diſperſiſti ini
ꝛ micos tuos. Tui ſunt celi ꝛ tua eſt terra.
orbē terre ꝛ plenitudinẽ eius tu fundaſti:
aquilonẽ ꝛ mare tu creaſti. Thabor ꝛ her

mon in noīe tuo exultabunt: tuū brachiū
cū potentia. Firmet̃ manus tua ⁊ exaltet̃
dextera tua: iuſticia et iudiciū ꝑparatio ſe-
dis tue. Miſcđia ⁊ veritas precedēt faciem
tuā: beatus popl's q̄ ſcit iubilationē Dn̄e
in lumīe vultus tui ambulabūt. et in noīe
tuo exultabūt tota die: ⁊ in iuſticia tua ex-
altabunt̃. Qm̄ gloria virtutis eoꝝ tu es:
et in beneplacito tuo exaltabit̃ cornu no-
ſtrū. Quia dn̄i eſt aſſumptio noſtra: ⁊ ſan
cti iſrael regis noſtri. Tunc locutus es in
viſione ſanctis tuis. ⁊ dixiſti poſui adiuto
rium in potente: ⁊ exaltaui electū de plebe
mea. Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſcō
meo vnxi eū. Manus aūt mea auxiliabit̃
ei: ⁊ brachiū meū confortabit eū. Nihil ꝓ-
ficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniq̄tatis non
apponet nocere ei. Et concidā a facie ipſi-
us inimicos eius: ⁊ odientes eū in fugā cō
uertā. Et veritas mea et miſcđia mea cū
ipſo: ⁊ in noīe meo exaltabit̃ cornu ei⁹. Et
ponā in mari manū eius: ⁊ in fluminibus

dexterā eius. Ipſe inuocabit me pater me
us es tu: de⁹ meus ⁊ ſuſceptor ſalutis mee
Et ego primogenitū ponā illū: excelſum
p̄ regibus terre In eternū ſeruabo illi mi-
ſericordiā meā: ⁊ teſtamentū meū fidele ip
ſi. Et ponā in ſeculū ſecl'i ſemē eius: ⁊ thro
nū eius ſicut dies celi. Si autē dereliquē-
rint filij eius legē meā: et in iudicijs meis
nō ambulauerint Si iuſticias meas ꝓpha
nauerint: ⁊ mādata mea nō cuſtodierint.
Uiſitabo in virga iniq̄tates eorū: ⁊ in v̄be
ribus pctā eorū. Miſericordiā aūt meā nō
diſpergā ab eo: neq̄ nocebo ī veritate me
a. Neq̄ ꝓphanabo teſtamentū meū: et q̄
ꝓcedunt de labijs meis nō faciā irrita. Se
mel iuraui in ſctō meo. ſi dauid mentiar:
ſemē eius in eternū manebit. Et thronus
ei⁹ ſicut ſol in ꝯſpectu meo. ⁊ ſicut luna pfe
cta in eternū: ⁊ teſtis ī celo fidel'. Tu v̄o re
puliſti ⁊ dſpexiſti: diſtuliſti xp̄m tuū Auer
tiſti teſtamentū ſerui tui: ꝓphanaſti ī terra
ſanctuariū ei⁹ Deſtruxiſti oēs ſepes eius:

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00134

poſuiſti firmamentū eius formidinē. Diri-
puerūt eum oēs tranſeūtes viā: factus eſt
opprobriū vicinis ſuis. Exaltaſti dexterā
deprimentiū eū: letificaſti oēs inimicos ei⁹
Auertiſti adiutoriū gladij eius: ꝛ nō es au-
xiliatus ei i bello. Deſtruxiſti eū ab emūda-
tione: ꝛ ſedē eius i terra colliſiſti. Minoraſti
dies tpis eius: ꝑfudiſti eū ꝯfuſiōe. Uſqꝫ q̊
dn̄e auertis in finē: exardeſcet ſicut ignis
ira tua. Memorare q̄ mea ſubſtantia: nū-
quid eñi vane conſtituiſti oēs filios hoim.
Quis ē homo q̄ viuet ꝛ nō videbit mortē:
eruet animā ſuā de manu inferi. Ubi ſūt
miſcdie tue ātique dn̄e: ſicut iuraſti dauid
i veritate tua. Memor eſto dn̄e opprobrij
ſeruoꝝ tuoꝝ: qd̄ cōtinui i ſinu meo multa-
rū gentiū. Quod exprobrauerūt inimici tui
dn̄e: qd̄ exprobrauerūt cōmutationē xpi tui
Benedictus dn̄s in eternū: fiat fiat. Ps.
Domine refugiū tu fact⁹ es nobꝫ: lxxxix.
a generatiōe in generationē. Priuſq̄
mōtes fierent aut formaret terra ꝛ orbis:

a ſeculo ⁊ in ſeculū tu es deus. Ne auertas
hoiem in humilitatē: ⁊ dixiſti cōuertimini
filij hoim. Quō mille anni ante oculos tu
os: tanq̄ dies heſterna q̄ preterijt. Et cuſto
dia i nocte: que p nihilo habent eoꝝ anni
erūt. Mane ſicut herba trāſeat. mane flore
at ⁊ trāſeat: veſpere decidat induret ⁊ are-
ſcat. Quia defecimus i ira tua: ⁊ in furore
tuo turbati ſum⁹. Poſuiſti iniq̄tates no-
ſtras in cōſpectu tuo: ſeculū noſtrū in illu-
minatiōe vultus tui. Quō oēs dies noſtri
defecerūt: ⁊ i ira tua defecimus. Anni no
ſtri ſicut aranea meditabunt: dies annoꝝ
noſtroꝝ in ipſis ſeptuaginta anni. Si aūt
in potentatibus octoginta anni: et ampli
us eoꝝ labor ⁊ dolor. Quō ſupuenit man
ſuetudo: ⁊ corripiemur. Quis nouit pote
ſtatem ire tue: et p̄ timore tuo irā tuā dinu
merare. Dexterā tuā ſic notā fac: et erudi-
tos corde in ſapientia. Cōuertere dn̄e vſ-
q₃quo: et dep̄cabilis eſto ſup ſeruos tuos.
Repleti ſumus mane miſericordia tua:

exultauimus et delectati ſumus in oībus
diebus noſtris. Letati ſumus p diebus
quibus nos humiliaſti: annis q̇bus vidi-
mus mala. Reſpice in ſeruos tuos ꝛ in o
pera tua: ꝛ dirige filios eoꝝ. Et ſit ſplen-
doꝛ dñi dei noſtri ſup nos. et opa manuū
noſtraꝝ dirige ſuper nos: ꝛ opus manuū
Qui habitat Ps. xc. (noſtraꝝ dirige.
in adiutoꝛio altiſſimi: in ꝓtectiōe dei
celi cōmoꝛabit᷑. Dicet dño ſusceptoꝛ meus
es tu. ꝛ refugiū meū deus meus: ſperabo
in eū. Qm̄ ipſe liberabit me de laqueo ve-
nantiū: ꝛ a ꝟbo aſpero. Scapulis ſuis ob
umbꝛabit tibi: ꝛ ſub pennis eius ſperabis
Scuto circūdabit te veritas eius: nō time
bis a timoꝛe nocturno A ſagitta volante
in die. a negotio ꝑambulante in tenebꝛis:
ab incurſu ꝛ demonio meridiano Cadēt
a latere tuo mille. ꝛ decē milia a dextris tu-
is: ad te aūt nō appropinq̄bit Uerūtamen
oculis tuis cōſiderabis: ꝛ retributionē pec
catoꝝ videbis. Qm̄ tu es dñe ſpes mea:

altiſſimū poſuiſti refugium tuū. Non ac
cedat ad te malum: et flagellum nō appro
pinquabit tabernaculo tuo. Qm̄ angelis
ſuis mādauit de te: vt cuſtodiant te in om
nibus vijs tuis. In manibus portabunt
te: ne forte offendas ad lapidem pedē tu-
um. Sup aſpidem ⁊ baſiliſcum ambula-
bis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconē. Qm̄
in me ſperauit liberabo eum: protegā eū
qm̄ cognouit nomen meū. Clamauit ad
me et ego exaudiā eum. cū ipſo ſum in tri
bulatione: eripiam eū ⁊ glorificabo eum.
Longitudine dierū replebo eum: ⁊ oſten
dam illi ſalutare meū.

Bonū Ps.xcj.
eſt cōfiteri dn̄o: et pſallere nomini tuo
altiſſime. Ad annunciandū mane miſeri
cordiam tuā: ⁊ veritatē tuā ꝑ noctem. In
decacordo pſalterio: cū cantico in cithara.
Quia delectaſti me dn̄e in factura tua: et i
operibus manuum tuaꝝ exultabo. Quā
magnificata ſūt opa tua dn̄e: nimis ꝓfun
de facte ſunt cogitatiōes tue. Vir inſipiēs

nõ cognoſcet: ⁊ ſtultus non intelliget hec.
Cum exorti fuerint pctõres ſicut fenũ: et
apparuerũt oẽs q̄ operant̃ iniquitatẽ. Ut
intereãt in ſeculuz ſeculi: tu aũt altiſſimus
in eternũ dñe Qm̃ ecce inimici tui dñe. qm̃
ecce inimici tui peribunt: ⁊ diſpergent̃ oẽs
q̄ operant̃ iniquitatez. Et exaltabit̃ ſicut
unicornis cornu meum: ⁊ ſenectus mea in
miſcdia uberi. Et deſpexit oculus meus
inimicos meos: ⁊ ab inſurgẽtib⁹ in me ma
lignãtibus audiet auris mea. Iuſtus ut
palma florebit: ſicut cedrus libani ml̃tipli
cabit̃. Plantati in domo dñi: in atrijs do
mus dei noſtri florebũt Adhuc ml̃tiplica
bunt̃ in ſenecta uberi: ⁊ bene patiẽtes erũt
ut annũcient. Qm̃ rectus dñs ds̃ noſter: ⁊
Dominus Ps̃. xcij. nõ eſt iniq̃tas in eo
regnauit decorẽ indutus eſt: indutus
eſt dñs fortitudinem ⁊ precinxit ſe. Etenĩ
firmauit orbem terre: q̄ nõ cõmouebitur.
Parata ſedes tua extũc: a ſeclo tu es Ele
uauerũt flumina dñe: eleuauerũt flumia

vocem ſuā. Eleuauerūt flumina fluctus
ſuos: a vocibus aquaꝝ multaꝝ. Mirabi-
les elationes maris: mirabilis ī altis dn̄s
Teſtimonia tua credibilia facta ſunt ni-
mis: domū tuā decet ſanctitudo dn̄e in lō
Deus vltio Ps. xciij. (gitudine dieꝝ.
nū dn̄s: deus vltionū libere egit. Ex
altare q̀ iudicas terrā: redde retributionē
ſuperbis Vſqꝫquo pctōres dn̄e: vſqꝫquo
pctōres gloriabunt̄. Effabunt̄ ꝛ loquent̄
iniquitatē: loquent̄ oēs qui operant̄ iniu-
ſticiā. Populū tuū dn̄e humiliauerūt: ꝛ he
reditatē tuā vexauerūt. Viduā ꝛ aduenā
interfecerūt: ꝛ pupillos occiderūt Et dixe
runt nō videbit dn̄s: nec intelliget deus ia
cob. Intelligite inſipientes in ꝑplo: ꝛ ſtulti
aliqn̄ ſapite Qui plantauit aurē nō audi
et: aut q̀ finxit oculum nō cōſiderat. Qui
corripit gētes nō arguet: q̀ docet hoīem ſci
entiam. Dn̄s ſcit cogitationes hominū:
qm̄ vane ſunt. Beatus homo quē tu eru-
dieris dn̄e: ꝛ de lege tua edocueris eū. Vt

mitiges ei a dieb⁹ malis: donec fodiat̃ pec
catori fouea. Quia nõ repellet dñs plebẽ
ſuã: ⁊ hereditatẽ ſuã nõ derelinquet. Quo
adusqȝ iuſticia cõuertat̃ in iudiciũ: ⁊ q̇ iux
ta illam oẽs q̇ recto ſunt corde. Quis con-
ſurget mihi aduerſus malignãtes: aut q̇s
ſtabit mecũ adũſus operãtes iniquitatẽ.
Niſiqȝ dñs adiuuit me: paulominus ha
bitaſſet in inferno aĩa mea. Si dicebã mo
tus eſt pes meus: miſcdia tua dñe adiuua
bit me. Scdm multitudinẽ dolorũ meoꝝ
in corde meo: cõſolationes tue letificauerũt
animã meã. Nunq̇d adheret tibi ſedes in
iquitatis: q̇ fingis laborẽ in p̃cepto. Cap
tabũt in animã iuſti: ⁊ ſanguinẽ innocentẽ
cõdemnabũt. Et factus eſt mihi dñs in re
fugiũ: ⁊ deus meus in adiutoriũ ſpei mee.
Et reddet illis iniquitatẽ ipſoꝝ. ⁊ in mali
tia eoꝝ diſperdet eos: diſpdet illos dñs de
Venite exultemus Ps. xciiij. us noſter
dño: iubilemus deo ſalutari nr̃o Pre
occupemus faciem eius in cõfeſſione: et in

pſalmis iubilemus ei Quõ deus magnuſ
dñs: ⁊ rex magnus ſup oĩes deos Quia
in manu eius ſunt oẽs fines terre: ⁊ altitu
dines montiũ ipſius ſunt. Quõ ipſius eſt
mare ⁊ ipſe fecit illud: ⁊ ſiccã manus ei⁹ for
mauerũt Venite adoremus ⁊ ꝓcidamus
⁊ ploremus ante dñm q̇ fecit nos: q꞉ ipſe ẽ
dñs ds noſter. Et nos pp̃ls paſcue eius: ⁊
oues manus eius. Hodie ſi vocẽ eius au-
dieritis: nolite obdurare corda vr̃a Sicut
in irritatiõe: ſcdm diem tentatõis in deſer
to. Ubi tentauerũt me patres veſtri: ꝓba
uerũt ⁊ viderũt opera mea. Quadragin-
ta annis offenſus fui generatiõi illi: ⁊ dixi
ſp hij errãt corde. Et iſti nõ cognouerunt
vias meas: vt iuraui in ira mea. ſi introi-
Cantate Ps. xcv. bũt in requiem meã.
dño canticũ nouũ: cantate dño oĩs
terra Cantate dño ⁊ benedicite noi eius:
annũciate de die in diem ſalutare ei⁹. An
nunciate inter gẽtes gloriã eius: in oibus
pp̃lis mirabilia eius. Quõ magnus dñs ⁊

laudabilis nimis: terribilis eſt sup̄ oēs de-
os. Qm̄ oēs dij gentiū demonia: dn̄s aūt
celos fecit. Cōfeſſio ⁊ pulcritudo in ꝯſpe-
ctu eius: ſanctimonia ⁊ magnificētia i ſan
ctificatiōe ei⁹. Afferte dn̄o patrie gentiū.
afferte dn̄o gloriā ⁊ honorem: afferte dn̄o
gloriā noī eius. Tollite hoſtias ⁊ introite
in atria eius: adorate dn̄m i atrio ſctō ei⁹.
Cōmoueat̄ a facie eius vniuerſa terra: di
cite in gētibus q꞉ dn̄s regnauit. Etenī cor
rexit orbē terre q̄ nō cōmouebit̄: iudicabit
populos in equitate. Letent̄ celi ⁊ exultet
terra. cōmoueat̄ mare et plenitudo eius:
gaudebūt campi ⁊ oīa q̄ in eis ſūt. Tunc
exultabunt oīa ligna ſiluarū a facie dn̄i q꞉
venit: qm̄ venit iudicare terrā. Iudicabit
orbē terre in equitate: ⁊ popl̄os in veritate
Dominus regnauit ex Ps. xcvj. (ſua.
Exultet terra: letent̄ inſule multe. Nubes
⁊ caligo i circuitu eius: iuſticia ⁊ iudiciū cor
rectio ſedis eius. Ignis ante ipſum prece
det: ⁊ inflammabit i circuitu inimicos eiuſ

Alluxerūt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ cōmota eſt terra. Montes ſicut cera fluxerūt a facie dn̄i: a facie dn̄i oīs terra Annūciauerūt celi iuſticiā eius: ⁊ viderūt oēs populi gloriā eius. Confundant̄ oēs q̄ adorāt ſculptilia: ⁊ q̄ gloriant̄ in ſimulacris ſuis. Adorate eū oēs angeli eius: audiuit et letata eſt ſyon. Et exultauerūt filie iude: ꝓpter iudicia tua dn̄e. Qm̄ tu dn̄s altiſſimus ſup̄ omnē terrā: nimis exaltatus es ſup̄ oēs deos Qui diligitis dn̄m odite malū: cuſtodit dn̄s aīas ſctōꝝ ſuoꝝ: de manu pctōris liberabit eos Lux orta ē iuſto: et rectis corde leticia. Letamini iuſti ī domino: ⁊ cōfitemini memorie ſanctificationis eius. Gloria. Sabbato ad noctur.

Pſ. xcvij.



Antate dñō cāti-
cū nouū: qꝛ mira-
bilia fecit. Salua
uit ſibi dextera e-
ius: ⁊ brachiū ſan
ctū eius. Notū fe
cit dñs ſalutare ſu
um: in ↄſpectu gē
tium reuelauit iuſticiā ſuā. Recordatus ē
miſcdie ſue ⁊ veritatis ſue: domui iſrl. Vi
derūt oēs termini terre: ſalutare dei noſtri
Iubilate deo oīs terra: cantate ⁊ exultate
et pſallite. Pſallite dñō in cithara. ī citha
ra et voce pſalmi: in tubis ductilibus ⁊ vo
ce tube cornee. Iubilate in cōſpectu regis
dñi. moueaꝛ mare ⁊ plenitudo eius: orbis
terrarū et q̄ habitāt in eo. Flumina plau-
dent manu ſimul. mōtes exultabūt a con-
ſpectu dñi: qm̄ venit iudicare terrā. Iudi

cabit orbem terraꝝ in iuſticia: ⁊ popl'os in
Dominus regna Ps. xcviij. equitate.
uit iraſcant̃ populi: q̃ ſedes ſup cheru
bin moueat̃ terra. Dñs in ſyon magnus:
⁊ excelſus ſup oẽs popl'os. Cõfiteant̃ noĩ
⁊ tuo magno. q̃m terribile ⁊ ſanctũ eſt: ⁊ ho-
noꝛ regis iudiciũ diligit. Tu paraſti dire-
ctiones: iudiciũ ⁊ iuſticiã in iacob tu feciſti.
Exaltate dñm deũ noſtrũ: ⁊ adoꝛate ſca-
bellum pedũ eius q̃m ſanctũ eſt. Moyſes
⁊ aaron in ſacerdotibus eius: ⁊ ſamuel in
ter eos q̃ inuocãt nomẽ eius. Inuocabãt
dñm ⁊ ipſe exaudiebat eos: i columna nu-
bis loquebat̃ ad eos. Cuſtodiebant teſti
monia eius: ⁊ preceptũ qđ dedit illis. Dñe
⁊ deus noſter tu exaudiebas eos. deus tu ꝓ
picius fuiſti eis: ⁊ ulciſcens in oẽs adinuẽti
⁊ ones eoꝝ. Exaltate dñm deũ noſtrũ. et a-
doꝛate in mõte ſctõ eius: q̃m ſanctus dñs
Jubilate deo oĩs Ps. xcix. deus noſter.
terra: ſeruite dño i leticia. Introite in
ꝯſpectu eius: i exultatiõe Scitote q̃m dñs

ipſe eſt d̃s: ipſe fecit nos ⁊ nõ ipſi nos. P o
pulus eius ⁊ oues paſcue eius. ĩtroite por
tas eius ĩ ꝯfeſſiõe: atria eius in ymnis cõ
fitemini illi. L audate nomẽ eius q̃m ſua
uis eſt dñs. in eternũ miſcdia eius: et vſq̃
in generationẽ ⁊ generationẽ veritas eius
M Jſericordiam et iudiciũ: canta Ps. c.
bo tibi dñe. P ſallam ⁊ intelligam in
via ĩmaculata quãdo venies ad me. P er
ambulabã in innocentia cordis mei: ĩ me-
dio domus mee N on ꝓponebã ante ocu
los meos rem iniuſtam: facientes preuari
cationes odiui N on adheſit mihi cor pra
uũ: declinantẽ a me malignũ nõ cognoſce
bã. D etrahentẽ ſecreto proximo ſuo: hũc
perſequebar S uperbo oculo ⁊ inſatiabili
corde: cũ h̃ nõ edebã. O culi mei ad fideles
terre vt ſedeãt mecũ: ambulans in via im
maculata hic mihi miniſtrabat N õ habi
tabit ĩ medio domus mee q̃ facit ſupbiã:
qui loquit̃ iniqua nõ direxit in conſpectu
oculoꝝ meoꝝ. J n matutino interficiebã

oēs pctoꝛes terre: vt diſperderē de ciuitate dñi oēs operātes iniquitatē. Ps. ci.

Domine exaudi oꝛationē meā: ⁊ clamoꝛ meus ad te veniat. Nō auertas faciē tuā a me: i quacūqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurē tuā. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiū a ruerūt. Percuſſus ſum vt fenū ⁊ aruit coꝛ meū: qꝛ oblitus ſum comedere panē meū A voce gemitus mei: adheſit os meū carni mee. Similis factus ſū pellicano ſolitudinis: factus ſū ſicut nocticoꝛax in domicilio. Vigilaui: ⁊ factus ſuꝫ ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exꝓbꝛabāt mihi inimici mei: et q̇ laudabāt me aduerſuꝫ me iurabāt. Quia cinerē tanq̄ panē manducabā: ⁊ poculū meū cū fletu miſcebā. A facie ire indignatōis tue: qꝛ eleuās alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbꝛa declinauerūt: ⁊ ego ſicut fenū arui. Tu aūt dñe in eternū ꝑmanes: ⁊ memoꝛiale tuū in generatiōe ⁊

generationē. Tu exurgēs miſereberis ſy-
on: qꝛ tempus miſerēdi eius qꝛ venit tem-
pus. Qm̄ placuerunt ſeruis tuis lapides
eius: ⁊ terre eius miſerebunt. Et timebūt
gentes nomē tuū dn̄e: ⁊ om̄es reges terre
gloriā tuā. Quia edificabit dn̄s ſyon: ⁊ vi
debit in gloria ſua. Reſpexit in orationē
humiliū: ⁊ nō ſpreuit precē eoꝝ. Scribant
hec in generatiōe altera: ⁊ populus q̇ crea-
bit laudabit dn̄m. Quia ꝓſpexit de excel-
ſo ſancto ſuo: dn̄s de celo in terrā aſpexit.
Ut audiret gemitus cōpeditoꝝ: vt ſolue
ret filios interemptoꝝ. Ut annūciēt in ſy
on nomē dn̄i: ⁊ laudē eius in ieruſalē. In
cōueniendo ꝑplos in vnū: et reges vt ſerui
ant dn̄o Reſpondit ei in via virtutis ſue:
paucitatē dieꝝ meoꝝ nuncia mihi. Ne re-
uoces me i dimidio dieꝝ meoꝝ: i generati
one ⁊ generationē anni tui. Initio tu dn̄e
terrā fundaſti: ⁊ opa manuū tuaꝝ ſūt celi.
Ipſi peribunt tu aūt ꝑmanes: ⁊ oēs ſicut
veſtimentū veteraſcēt. Et ſicut opertoriū

mutabis eos ⁊ mutabunt: tu aūt idē ipſe es ⁊ anni tui nō deficiēt. Filij ſeruoꝝ tuorū habitabūt: ⁊ ſemē eoꝝ in ſeculū dirige͠t

Benedic aīa mea dn̄o: et oīa q̄ Ps. cij. intra me ſunt nomi ſctō eius Benedic aīa mea dn̄o: ⁊ noli obliuiſci oēs retributiones eius. Qui ꝓpiciat oībus iniq̄tatibꝰ tuis: q̄ ſanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuā: q̄ coronat te in miſcdia ⁊ miſerationibus Qui replet in bonis deſideriū tuū: renouabit ut aquile iuuētus tua. Faciens miſcdias dn̄s: et iudiciū oībus iniuriā patientibꝰ. Notas fecit vias ſuas moyſi: filijs iſrael volūtates ſuas. Miſerator ⁊ miſericors dn̄s: lōganimis ⁊ multū miſericors. Non ĩ perpetuū iraſcet: neq̃ in eternū cōminabit. Nō ſecū dū pctā nr̄a fecit nobis: neq̃ ſcdm iniq̄tates nr̄as retribuit nobis Qm̄ ſcdm altitudine ʒ celi a terra: corroborauit miſcdiam ſuā ſup timentes ſe. Quantū diſtat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniq̄tate͠s

noſtras. Quõ miſeret̃ pater filioꝝ. miſer-
tus eſt dñs timentibꝰ ſe: qm̃ ipſe cognouit
figmentũ noſtrũ. Recordatus eſt qm̃ pul
uis ſumus. homo ſicut fenũ: dies eius tan
q̃ flos agri ſic efflorebit. Qm̃ ſpũs ptran-
ſibit i illo ⁊ nõ ſubſiſtet: ⁊ nõ cognoſcet am
plius locũ ſuũ. Miſcdia aũt dñi ab eterno
et uſq; in eternũ: ſup timentes eũ. Et iuſti
cia illius in filios filioꝝ: his q̇ ſeruant teſta
mentũ eius. Et memores ſunt mãdatoꝝ
ipſius: ad faciendũ ea. Dñs in celo para-
uit ſedez ſuã: ⁊ regnũ ipſius oĩbus dñabit̃
Benedicite dño oẽs angeli eius. potentes
ꝟtute faciẽtes verbũ illius: ad audiendaꝫ
vocem ſermonũ eius. Benedicite dño oẽs
virtutes eius: miniſtri eius q̇ facitis volun
tatẽ eius. Benedicite dño oĩa opa eius in
omni loco dominatiõis eius: benedic ani-
BEnedic anima Pſ. cij. ma mea dño.
mea dño: dñe deus meus magnifica-
tus es vehementer. Confeſſionẽ ⁊ decorẽ
induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento

Extendēs celū ſicut pellem: q̄ tegis aquis ſuperioꝛa eius. Qui ponis nubē aſcenſuꝫ tuū: q̄ ambulas ſup pēnas vētoꝝ. Qui facis angelos tuos ſpūs: et miniſtros tuos ignē vrentē. Qui fundaſti terrā ſup ſtabilitatem ſuā: nō inclinabiꝭ in ſeculum ſeculi Abiſſus ſicut veſtimentū amictus eiꝰ: ſup mōtes ſtabūt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui foꝛmidabunt Aſcendūt mōtes ⁊ deſcendūt campi: in locū quē fundaſti eis Terminū poſuiſti quē nō tranſgredienꝰ: neqꝫ cōuertenꝰ operire terrā. Qui emittis fontes in cōuallibus: inter mediū montiū ptrāſibūt aque. Potabūt oēs beſtie agri: expectabūt onagri ī ſiti ſua. Sup ea volucres celi habitabūt: d̄ medio petraꝝ dabūt voces Rigās mōtes de ſuperioꝛibus ſuis: de fructu operū tuoꝝ ſatiabiꝭ terra Producēs fenū iumētis: ⁊ herbā ſeruituti hoim Ut educas panē d̄ terra: ⁊ vinū letificet coꝛ hois Ut exhilaret faciē ī oleo: ⁊ panis coꝛ hois ꝯfirmet

Saturabunt ligna campi. et cedri libani
quas plantauit: illic paſſeres nidificabūt.
Herodij domus dux eſt eoꝝ. mōtes excel
ſi ceruis: petra refugiū erinacijs. Fecit lu
nā in tp̄a: ſol cognouit occaſum ſuū. Po
ſuiſti tenebras ⁊ facta eſt nox: in ipſa ꝑtran
ſibūt oēs beſtie ſilue. Catuli leonū rugiē-
tes vt rapiāt: ⁊ querāt a deo eſcā ſibi. Or-
tus eſt ſol et cōgregati ſunt: ⁊ in cubilibus
ſuis collocabunt. Exibit homo ad opus
ſuū: ⁊ ad operationē ſuā vſqȝ ad veſperā.
Quā magnificata ſunt opa tua dn̄e. oīa
in ſapientia feciſti: īpleta eſt terra poſſeſſio
ne tua. Hoc mare magnū ⁊ ſpacioſū ma-
nibus: illic reptilia quoꝝ nō eſt numerus.
Animalia puſilla cū magnis: illic naues
ꝑtranſibūt. Draco iſte quē formaſti ad il-
ludēdū ei: oīa a te expectāt vt des illis eſcā
in tp̄e. Dante te illis colligent. aperiente te
manū tuā: oīa implebunt bonitate. Auer
tente aūt te faciē turbabunt. auferes ſpiri
tū eoꝝ ⁊ deficient: ⁊ ī puluerē ſuū reuertent

Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabunt̄: ⁊ renoua-
bis faciē terre. Sit gloria dn̄i in ſeculū: le-
tabit̄ dn̄s in operibus ſuis. Qui reſpicit
terrā et facit eam tremere: q̄ tangit mōtes
⁊ fumigant. Cantabo dn̄o in vita mea:
pſallam deo meo q̄ diu ſum. Iocundū ſit
ei eloquiū meū: ego vero delectabor i dn̄o
℟ Deficiāt pctōres a terra. ⁊ iniqui ita vt nō
ſint: benedic anīa mea dn̄o. Ps. ciiii.
) Confitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē ei⁹:
annūciate inter gentes opa ei⁹. Cantate
ei et pſallite ei: narrate oīa mirabilia eius.
Laudamini in noīe ſancto eius: letet̄ cor
querentiū dn̄m. Querite dn̄m ⁊ cōfirma-
mini: querite faciem eius ſemp. Memento
mirabiliū eius q̄ fecit: pdigia eius ⁊ iudici
a oris eius. Semen abrahā ſerui eius: filij
iacob electi eius. Ipſe dn̄s deus noſter: in
vniuerſa terra iudicia eius. Memor fuit in
ſeculū teſtamenti ſui: verbi q̄d mandauit
in mille generatiōes. Quod diſpoſuit ad
abraam: ⁊ iuramenti ſui ad yſaac. Et ſta

tuit illud iacob in preceptū: ⁊ iſrael in teſta
mentū eternū. Dicens tibi dabo terrā cha
naan: funiculū hereditatis vr̄e. Cū eſſent
numero breui: pauciſſimi ⁊ incole eius Et
ꝑtranſierūt de gente in gentē: et de regno
ad populū alterꝝ. Non reliquit hoīem no
cere eiſ: ⁊ corripuit ꝓ eis reges Nolite tāge
re chriſtos meos: et in ꝓphetis meis nolite
malignari. Et vocauit famem ſuꝑ terrā:
et oēm firmamentū panis cōtriuit. Miſit
ante eos virū: in ſeruū venundatus eſt io-
ſeph. Humiliauerūt in cōpedibus pedes
eius. ferrū ꝑtranſijt animā eius: donec ve
niret verbū eius Eloquiū dn̄i inflamma
uit eū. miſit rex ⁊ ſoluit eū: princeps popu-
loꝝ ⁊ dimiſit eū. Conſtituit eum dn̄m do
mus ſue: ⁊ principem oīs poſſeſſionis ſue.
Ut erudiret principes eius ſicut ſemetip-
ſum: ⁊ ſenes eius prudentiam doceret Et
intrauit iſrael in egyptū: ⁊ iacob accola fu
it in terra cham. Et auxit populū ſuū ve-
hemēter: ⁊ firmauit eū ſuꝑ inimicos eius.

Cõuertit cor eoꝝ vt odirẽt populũ eius:
⁊ dolũ facerẽt i ſeruos eius. Miſit moyſen
ſeruũ ſuũ: aaron quẽ elegit ipſũ. Poſuit i
eis verba ſignoꝝ ſuoꝝ et ꝓdigioꝝ: i terra
cham. Miſit tenebras ⁊ obſcurauit: ⁊ non
exacerbauit ſermones ſuos. Cõuertit a-
quas eoꝝ in ſanguinẽ: ⁊ occidit piſces eoꝝ
Et edidit terra eoꝝ ranas: i penitralibus
regũ ipſoꝝ. Dixit ⁊ venit cinomia ⁊ cyni-
fes: in oibus finibus eoꝝ. Poſuit pluuias
eoꝝ grandinẽ: ignẽ comburentem i terra
ipſoꝝ. Et ꝑcuſſit vineas eoꝝ et ficulneas
eoꝝ: ⁊ cõtriuit lignũ finiũ eoꝝ. Dixit et ve
nit locuſta ⁊ brucus: cuius non erat nume
rus. Et comedit omne fenũ in terra eoꝝ:
et comedit omnẽ fructũ terre eoꝝ. Et per
cuſſit omne primogenitũ in terra eoꝝ: pri-
mitias oĩs laboris eoꝝ. Et eduxit eos cũ
argento ⁊ auro: ⁊ nõ erat in tribubus eoꝝ
infirmus. Letata eſt egyptus in ꝓfectiõe
eoꝝ: qꝛ incubuit timor eoꝝ ſuper eos. Ex-
pãdit nubẽ in ꝓtectionẽ eoꝝ: ⁊ ignẽ vt luce

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00156

ret eis ꝑ noctē. P etierūt ⁊ venit coturnix:
et pane celi ſaturauit eos D irupit petrā ⁊
fluxerūt aque: abierūt in ſicco flumina. Q m̄
memor fuit verbi ſancti ſui: qđ habuit ad
abraam pueꝝ ſuū. E t eduxit populū ſuū
in exultatiōe: ⁊ electos ſuos in leticia. E t
dedit illis regiōes gentiū: ⁊ labores popu
loꝝ poſſederūt. V t cuſtodiāt iuſtificatio-
nes eius: ⁊ legē eius req̄rāt. Ps. cv. ij.

C Onfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſe
culū miſe͛dia eius. Q uis loquet͛ potētias
dn̄i: auditas faciet oēs laudes eius B eati
q̄ cuſtodiūt iudiciū: ⁊ faciūt iuſticiā in omi
tpe. M emento noſtri dn̄e in beneplacito
ꝑpli tui: viſita nos in ſalutari tuo. A d vi-
dendū in bonitate electoꝝ tuoꝝ. ad letan-
dū leticia gentis tue: vt lauderis cū heredi
tate tua. P eccauimus cū patrib⁹ noſtris
iniuſte egimus: iniq̄tatē fecimus. P atres
noſtri in egypto nō intellexerūt mirabilia
tua: nō fuerūt memores multitudinis mi
ſericordie tue. E t irritauerūt aſcendētes

in mare: mare rubrũ Et ſaluauit eos pro
pter nomẽ ſuũ: vt notã faceret potentiam
ſuã Et increpuit mare rubrũ ⁊ exiccatum
eſt: ⁊ deduxit eos in abiſſis ſicut in deſerto
Et ſaluauit eos de manu odientiũ: ⁊ rede
mit eos ď manu inimici Et operuit aqua
tribulãtes eos: vnus ex eis nõ remãſit Et
crediderũt i verbis eius: ⁊ laudauerũt lau
dẽ eius. Cito fecerũt obliti ſunt operꝝ eiꝰ:
nõ ſuſtinuerũt ꝯſiliũ eius. Et cõcupierũt
cõcupiſcentiã in deſerto: ⁊ tentauerũt deũ
in inaqſo. Et dedit eis petitionẽ ipſoꝝ: et
miſit ſaturitatẽ in anias eoꝝ. Et irritaue
rũt moyſen i caſtris: aaron ſanctũ dñi. A
perta eſt terra ⁊ deglutiuit dathan: et ope
ruit ſup cõgregationẽ abyron Et exarſit
ignis in ſynagoga eoꝝ: flamma cõbuſſit
pctõres. Et fecerũt vitulũ in oreb: et adora
uerũt ſculptile Et mutauerũt gloriã ſuã:
in ſimilitudinẽ vituli comedẽtis fenũ. Ob
liti ſũt deũ q̃ ſaluauit eos. q̃ fecit magnali
a i egipto mirabilia i terra cham: terribili

a i mari rubro. Et dixit ut diſpderet eos:
ſinō moyſes electus eius ſtetiſſet in cōfrac
tione in cōſpectu eius. Ut auerteret iram
eius ne diſpderet eos: ⁊ ꝓ nihilo habuerūt
terrā deſiderabilem. Nō crediderūt ꝟbo
eius. ⁊ murmurauerūt in tabernaculis ſu
is: nō exaudierūt vocem dn̄i. Et eleuauit
manū ſuā ſuꝑ eos: ut ꝓſterneret eos in de
ſerto. Et ut deijceret ſemē eoꝝ in nationi-
bus: ⁊ diſpderet eos in regionibus. Et in
iciati ſunt beelphegor: ⁊ comederūt ſacrifi
cia mortuoꝝ. Et irritauerūt eū in adinuē
tionibus ſuis: et multiplicata eſt in eis rui
na. Et ſtetit phinees et placuit: et ceſſauit
quaſſatio. Et reputatū eſt ei ad iuſticiā:
in generatiōe ⁊ generationē uſqꝫ in ſempi
ternū. Et irritauerūt eū ad aquas cōtra-
dictionis. ⁊ vexatus eſt moyſes ꝓpter eos:
qꝛ exacerbauerūt ſpiritū eius Et diſtinxit
in labijs ſuis: nō diſpdiderūt gētes q̄s di-
xit dn̄s illis. Et cōmixti ſūt iter gētes. ⁊ di
dicerūt opa eoꝝ ⁊ ſeruierūt ſculptilibus eoꝝ:

et factū eſt illis in ſcandalū. Et imolaue-
rūt filios ſuos ꝛ filias ſuas: demonijs Et
℟ effuderunt ſanguinē innocentē. ſanguinē
filioꝝ ſuoꝝ ꝛ filiarū ſuaꝝ: quas ſacrifica-
uerūt ſculptilibus chanaan Et interfecta
℟ eſt terra in ſanguinibus. ꝛ cōtaminata eſt
in operibus eoꝝ: ꝛ fornicati ſūt in adinuē-
tionibus ſuis Et iratus eſt furoꝛe dn̄s in
populū ſuū: ꝛ abominatus eſt hereditatē
ſuā. Et tradidit eos in manus gentiū: et
dominati ſūt eoꝝ q̇ oderūt eos. Et tribu
℟ lauerīt eos inimici eoꝝ. ꝛ humiliati ſūt ſub
manibus eoꝝ: ſepe liberauit eos Ipſi aūt
exacerbauerūt eū in cōſilio ſuo: ꝛ humilia-
ti ſunt in iniq̇tatibus ſuis. Et vidit cū tri-
bularent̄: ꝛ audiuit oꝛationē eoꝝ. Et me-
moꝛ fuit teſtamenti ſui: ꝛ penituit eū ſcḋm
multitudinē miſcḋie ſue. Et dedit eos in
miſcḋias: in ꝯſpectu oīm qui ceperāt eos.
Saluos fac nos dn̄e deus noſter: et cōgre
ga nos de natiōibus. Ut cōfiteamur noī
ſcō tuo: ꝛ gloꝛiemur in laude tua. Bene-

dictus dñs deus iſrael a ſeculo ⁊ uſqꝫ in ſe
culũ: ⁊ dicet oĩs popl's fiat fiat. Ps. cvi. iij.
C Onfitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſe-
culũ miſcdia eius. Dicant q̃ redempti
ſunt a dño. quos redemit de manu inimi
ci: ⁊ de regiõibus cõgregauit eos. A ſolis
ortu ⁊ occaſu: ab aquilone ⁊ mari. Erra-
uerũt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciui
tatis habitaculi nõ inuenerũt. Eſurientes
et ſitientes: anima eoꝝ in ipſis defecit. Et
clamauerunt ad dñm cũ tribularent̃: ⁊ de
neceſſitatibus eoꝝ eripuit eos. Et eduxit
eos in viam rectã: vt irent in ciuitatẽ habi-
tationis. Confiteant̃ dño miſcdie eius: ⁊
mirabilia eius filijs hoĩm. Qui ſatiauit a
nimã inanẽ: ⁊ animã eſurientẽ ſatiauit bo
nis. Sedẽtes in tenebris ⁊ vmbra mortis:
vinctos in mendicitate ⁊ ferro. Quia exa-
cerbauerũt eloquia dei: ⁊ ꝯſiliũ altiſſimi ir
ritauerũt. Et humiliatũ eſt in laboribus
cor eoꝝ: infirmati ſunt nec fuit q̃ adiuua-
ret. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularẽ-

tur: ⁊ de neceſſitatibus eoꝝ liberauit eos. E t eduxit eos de tenebris et vmbꝛa moꝛ-
tis: ⁊ vincula eoꝝ dirupit. C onfiteantur
dño miſcdie eiuſ: ⁊ mirabilia eius filijs ho-
minũ. Q uia contriuit poꝛtas ereas: ⁊ vec-
tes ferreos confregit. S uſcepit eos de via
iniq̃tatis eoꝝ: ꝓpter iuſticias enĩ ſuas hu-
miliati ſunt. O mnẽ eſcam abominata eſt
aĩa eoꝝ: ⁊ appinquauerũt vſqꝫ ad poꝛtas
moꝛtis. E t clamauerũt ad dñm cũ tribu-
larent̃: et de neceſſitatibus eoꝝ liberauit
eos M iſit verbũ ſuũ ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripu-
it eos de interitionibus eoꝝ. C onfiteant̃
dño miſcdie ei⁹: et mirabilia eius filijs ho-
minũ. E t ſacrificent ſacrificium laudis: ⁊
annũcient opa eius in exultatiõe. Q ui de-
ſcendunt mare in nauibus: facientes ope-
rationẽ in aquis multis I pſi viderũt opa
dñi: ⁊ mirabilia eius in ꝓfundo. D ixit et
ſtetit ſpiritus pcelle: ⁊ exaltati ſunt fluctus
eius. A ſcendũt vſqꝫ ad celos. ⁊ deſcendũt
vſqꝫ ad abyſſos: anima eoꝝ in malis tabe-

ſcebat. Turbati ſunt ꝛ moti ſũt ſicut ebri
us: ꝛ om̃is ſapientia eoꝝ deuorata eſt Et
clamauerũt ad dñm cũ tribularent̃: et de
neceſſitatibus eoꝝ eduxit eos. Et ſtatuit
ꝓcellam eius in aurã: ꝛ ſiluerũt fluctus eiꝰ.
Et letati ſunt q̃ ſiluerũt: ꝛ deduxit eos in
portã voluntatis eoꝝ. Confiteant̃ dño
miſcdie eius: ꝛ mirabilia eius filijs hoim.
Et exaltent eũ in eccleſia plebis: ꝛ in cathe
dra ſenioꝝ laudent eũ Poſuit flumina in
deſertũ: ꝛ exitus aquaꝝ in ſitim Terram
fructiferã in ſalſuginẽ: a malitia inhabitã
tiũ in ea. Poſuit deſertũ i ſtagna aquaꝝ:
ꝛ terrã ſine aqua in exitus aquaꝝ. Et col
locauit illic eſurientes ꝛ ꝯſtituerũt ciuitatẽ
habitatiõis. Et ſeminauerũt agros ꝛ plã
tauerũt vineas: ꝛ fecerũt fructũ natiuitatis
Et benedixit eis ꝛ multiplicati ſũt nimis:
ꝛ iumenta eoꝝ non minorauit. Et pauci
facti ſunt: ꝛ vexati ſuut a tribulatõe malo
rũ ꝛ dolore. Effuſa eſt cõtentio ſup princi
pes: ꝛ errare fecit eos in inuio et nõ in via.

Et audiuit pauperē de inopia: ⁊ poſuit ſi
cut oues familias Uidebūt recti ⁊ letabū
tur: et oīs iniq̄tas opilabit os ſuū. Quis
ſapiens ⁊ cuſtodiet hec: et intelliget miſeri-
Paratū cor meū Ps. cvij. cordias dn̄i.
deus paratū cor meū: cantabo ⁊ pſal-
lam in gloria mea. Exurge pſalteriū ⁊ ci
thara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in
populis dn̄e: ⁊ pſallam tibi in nationibus
Quia magna eſt ſup̄ celos miſcdia tua: ⁊
vſq; ad nubes veritas tua. Exaltare ſup̄
celos deus. ⁊ ſup̄ omnē terrā gloria tua: vt
liberent̄ dilecti tui. Saluū fac dextera tua
et exaudi me: deus locutus eſt in ſctō ſuo.
Exultabo ⁊ diuidā ſichimā: ⁊ conuallem
tabernaculoꝝ dimetiar. Meus ē galaath
et meus eſt manaſſes: ⁊ effraym ſuſceptio
capitis mei. Iuda rex meus: moab lebes
ſpei mee. In ydumeā extendā calciamen
tum meū: mihi alienigine amici facti ſunt
Quis deducet me in ciuitatez munitā: q̄s
deducet me vſq; in ydumeā. Nōne tu de-

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00164

us q̇ repuliſti nos: ⁊ nõ exibis deus i virtu
tibus noſtris. Da nobis auxiliũ de tribu
latione: qꝛ vana ſalus hois. In deo facie
mus virtutẽ: ⁊ ip̃e ad nihilũ deducet inimi

Deus laudẽ meã Ps. cviij. (cos nr̃os.
Ne tacueris: qꝛ os pctõris et os doloſi
ſuꝑ me apertũ eſt Locuti ſunt aduerſum
me lingua doloſa. et ſermonibus odij cir-
cũdederũt me: ⁊ expugnauerũt me gratis.
Pro eo vt me diligerẽt detrahebãt mihi:
ego aũt orabã. Et poſuerũt aduerſũ me
mala ꝓ bonis: ⁊ odiũ ꝓ dilectiõe mea. Cõ
ſtitue ſuꝑ eũ peccatorẽ: ⁊ diabolus ſtet a de
xtris eius Cũ iudicat̃ exeat condẽnatus:
⁊ oratio eius fiat in peccatũ. Fiãt dies eiꝰ
pauci: ⁊ epiſcopatũ eius accipiat alter Fi
ant filij eiꝰ orphani: ⁊ vxor eiꝰ vidua. Nu-
tantes tranſſerant̃ filij eius ⁊ mendicent:
eijciant̃ de habitationibus ſuis. Scrutet̃
venerator oẽm ſubſtantiã eius: ⁊ diripiãt
alieni labores eius Nõ ſit illi adiutor: nec
ſit q̇ miſereat̃ pupillis eiꝰ Fiant nati eius

in interitũ: in generatiõe vna deleatur no
men eius In memoriã redeat iniq̃tas pa
trũ eius in cõſpectu dñi: et peccatũ matris
ꝟ eius nõ deleat. Fiant cõtra dñm ſemp. ꝛ
diſpereat de terra memoria eoꝝ: pro eo ꝙ
nõ eſt recordatus facere miſcdiam. Et ꝑ
ſecutus eſt hominẽ inopẽ ꝛ mendicũ: et cõ
punctũ corde mortificare Et dilexit male
dictionẽ ꝛ veniet ei: ꝛ noluit benedictionẽ ꝛ
elongabit̃ ab eo. Et induit maledictionẽ
ꝟ ſicut veſtimentũ. ꝛ intrauit ſicut aqua i in
teriora eius: ꝛ ſicut oleum in oſſibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimentum q̃ operit̃: ꝛ ſicut
zona qua ſemꝑ p̃cingit̃. Hoc opus eorũ
q̃ detrahũt mihi apud dñm: et q̃ loquunt̃
mala aduerſus animã meam. Et tu dñe
dñe fac mecũ, ꝓpter nomẽ tuũ: q2 ſuauis eſt
miſcdia tua. Libera me q2 egenus ꝛ pau
per ſum ego: ꝛ cor meũ ꝯturbatũ eſt intra
me. Sicut vmbra cũ declinat ablatus ſũ:
et excuſſus ſũ ſicut locuſta Genua mea in
firmata ſunt a ieiunio: ꝛ caro mea imuta

ta eſt ꝓpter oleũ. Et ego factus ſũ oppro-
brium illis: viderũt me ⁊ mouerũt capita
ſua. Adiuua me dñe deus meus: ſaluũ
me fac ꝓpter miſericordiam tuã: Et ſciant
qꝛ manus tua hec: ⁊ tu dñe feciſti eam Ma
ledicent illi ⁊ tu benedices. et q̇ inſurgũt in
me confundant̃: ſeruus aũt tuus letabit̃.
Induant̃ aũt qui detrahunt mihi pudo-
re: ⁊ operiant̃ ſicut diploide cõfuſione ſua
Confitebor dño nimis i ore meo: ⁊ in me
dio multoꝝ laudabo eum. Quia aſtitit a
dextris pauperis: vt ſaluam faceret a per
ſequentibus animã meã. Gloria patri.

Pſ. cix.

DIxit dñs dño meo: ſe
de a dextris meis. Do
nec ponã inimicos tu
os: ſcabellũ pedũ tuo
rum. Virgã virtutis tue emittet dñs ex
ſyon: dñare in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Te
cũ principiũ in die virtutis tue in ſplendo
ribus ſanctoꝝ: ex vtero ante luciferũ genui
te. Iurauit dñs ⁊ nõ penitebit eũ: tu es ſa
cerdos in eternũ ſcdm ordinẽ melchiſedech
Dñs a dextris tuis: cõfregit in die ire ſue
reges. Iudicabit ĩ natiõib⁹ ĩplebit ruinas:
cõquaſſabit capita ĩ terra multoꝝ. De torrẽte
in via bibet: ꝓpterea exaltabit caput. Gl'a.

COnfitebor tibi dñe in toto cor Pſ. cx.
de meo: in cõſilio iuſtoꝝ ⁊ cõgregatiõe

Magna opa dñi: exquiſita in oẽs volũtatates eius. Cõfeſſio ⁊ magnificẽtia opus eius: et iuſticia eius manet in ſeculũ ſeculi. Memoriã fecit mirabiliũ ſuorum miſericorſ ⁊ miſerator dñs: eſcã dedit timentibus ſe. Memor erit in ſeculũ teſtamenti ſui: virtutẽ operum ſuorum annũciabit pplo ſuo. Ut det illis hereditatẽ gentiũ: opera manuũ eius veritas et iudiciũ. Fidelia oĩa mãdata eius. cõfirmata in ſeculũ ſeculi: facta in veritate ⁊ equitate. Redẽptionez miſit pplo ſuo: mãdauit in eternũ teſtamentũ ſuum. Sanctũ ⁊ terribile nomẽ eius: initiũ ſapientie timor dñi. Intellectus bonus oibus faciẽtibus eũ: laudatio eius manet i ſe. ſecli. Glia.

Beatus vir q̃ timet dñm: in mã Ps. cxj datis eius volet nimis. Potens in terra erit ſemẽ eius: generatio rectorum benedicet. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: et iuſti-

cia eius manet in ſeculū ſeclī. E xortū eſt in
tenebris lumen rectis: miſericors ⁊ miſera
tor ⁊ iuſtus. I ocūdus homo q̄ miſeret̄ et
cōmodat: diſponit ſermones ſuos ī iudi-
cio. qꝛ in eternū nō cōmouebit̄. I n memo
ria eterna erit iuſtus: ab auditōe mala nō
timebit. P aratū cor ei⁹ ſperare in dn̄o: cō
firmatū eſt cor eius. nō cōmouebit̄ donec
deſpiciat inimicos ſuos D iſpſit dedit pau
peribus: iuſticia eius manet ī ſeculū ſeclī.
cornu eius exaltabit̄ in gl'ia P ctōr videbit
et iraſcet̄. dentibus ſuis fremet ⁊ tabeſcet:
deſideriū pctōꝝ peribit. G loria. Ps. cxij.

L Audate pueri dn̄m: laudate nomen
dn̄i. S it nomē dn̄i benedictū: ex h̄ nūc
⁊ uſqz in ſeculū. A ſolis ortu uſqz ad occa-
ſum: laudabile nomen dn̄i E xcelſus ſup
oēs gētes dn̄s: ⁊ ſup celos gl'ia eius Q uis
ſicut dn̄s ds̄ noſter q̄ in altis habitat: ⁊ hu

milia reſpicit in celo ⁊ in terra. Suſcitãs a
terra inopē: ⁊ de ſtercore erigens pauperē.
Ut collocet eū cū p̄ncipib⁹: cū p̄cipibus
p̄pli ſui. Qui habitare facit ſterilem in do
mo: matrē filiorum letantē. Gl'ia. Pſ. cxiij.

IN exitu iſrael de egipto: domus iacob
de p̄plo barbaro. Facta eſt iudea ſan
ctificatio eius: iſrael poteſtas eius. Mare
vidit ⁊ fugit: iordanis cõuerſus ē retrorſū
Mõtes exultauerūt vt arietes: et colles ſi
cut agni ouiū. Quid ē tibi mare q̄ fugiſti:
⁊ tu iordanis q̄ cõuerſus es retrorſū. Mõ
tes exultaſtis ſicut arietes: ⁊ colles ſicut ag
ni ouiū. A facie dñi mota eſt terra: a facie
dei iacob. Qui cõuertit petrā in ſtagna aq̄
rū: ⁊ rupē in fontes aquarum. Non nobis dñe
nō nobis: ſed noī tuo da gloriā. Sup miſeri
cordia tua ⁊ veritate tua: neqn̄ dicāt gētes
vbi ē deus eorum. Deus autē noſter i celo: oia

quecũq; voluit fecit. Simulacra gentiũ ar
gentũ ⁊ aurũ: opa manuũ hoim. Os hñt
⁊ nõ loquent̃: oculos habẽt et nõ videbũt.
Aures habẽt et nõ audiẽt: nares hñt ⁊ nõ
odorabũt. Manus hñt ⁊ nõ palpabũt. pe
des habẽt ⁊ nõ ambulabũt: nõ clamabũt
in guttere ſuo. Similes illis fiant q̃ faciũt
ea: ⁊ oẽs q̃ ɔfidũt in eis. Domus iſrael ſpe
rauit in dño: adiutor eoꝝ et ptector eoꝝ ẽ.
Domus aaron ſperauit in dño: adiutor
eoꝝ et ptector eoꝝ eſt. Qui timẽt dñm ſpe
rauerũt i dño: adiutor eoꝝ et ptector eoꝝ
eſt. Dñs memor fuit nñi: ⁊ benedixit nob̃.
Benedixit domui iſrl': bñdixit domui aa
ron. Benedixit oibus q̃ timẽt dñm: puſil
lis cũ maioribus. Adijciat dñs ſup vos:
ſup vos ⁊ ſup filios veſtros. Bñdicti vos
dño: q̃ fecit celũ et terrã. Celũ celi dño: ter
rã aũt dedit filijs hoim. Non mortui lau
dabũt te dñe: neq; oẽs q̃ deſcendũt i infer
nũ. Sed nos q̃ viuimus bñdicimus dño:
ex hoc nũc ⁊ vſq; in ſeculũ. Glo͞ria. Ps. cxiiij.

DIlexi: qm̄ exau *Feria ſcd̄a. ad vſ.*
diet dn̄s vocē oratiōis mee. Quia
inclinauit aurem ſuā mihi: ꝛ in die
bus meis inuocabo. Circūdederūt me do
lores mortis: ꝛ pericula inferni inuenerūt
me Tribulationē ꝛ dolorem inueni: ꝛ no
mē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera animā me
am: miſericors dn̄s et iuſtus ꝛ deus noſter
miſeretur. Cuſtodiēs paruulos dn̄s: humi
liatus ſū et liberauit me. Cōuertere aīa
mea in requiē tuā: quia dn̄s benefecit tibi.
Quia eripuit animam meā de morte. ocu
los meos a lacrimis: pedes meos a lapſu.
Placebo dn̄o: in regione viuoꝝ Gloria.

CRedidi, ꝓpter qđ locutus ſum: *Pſ. cxv*
ego aūt humiliatus ſuꝫ nimis. Ego

dixi i exceſſu meo: oīs homo mēdax. Quid retribuā dn̄o: p oībus q̄ retribuit mihi. Calicē ſalutaris accipiā: ⁊ nomē dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddā corā oīm ppl'o eius: pcioſa in cōſpectu dn̄i mors ſanctoꝝ eius. O dn̄e q₂ ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus ⁊ filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: et nomen dn̄i inuocabo. Uota mea dn̄o reddā in ꝯſpectu oīs populi eius: in atriis domus dn̄i in medio tui ieruſalem. Glia.

LAudate dn̄m oēs gētes: Pſ. cxvi. laudate eū oēs populi. Qm̄ confirmata eſt ſup nos miſericordia eius: ⁊ veritas dn̄i manet ineternū. Glia. Pſ. cxix.

AD dn̄m cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. Dn̄e libera animā meā a la

bijs iniq̃s: ⁊ a lingua doloſa. Quid det̃ ti
bi aut q̇d apponat̃ tibi: ad linguã doloſaz
Sagitte potẽtis acute: cũ carbonibus de-
ſolatorijs Heu mihi qꝛ incolatus meus ꝓ
longatus eſt: habitaui cũ habitãtibus ce-
dar. multũ incola fuit aïa mea. Cũ his q̇
oderũt pacẽ erã pacificus: cũ loquebar illis
impugnabant me gratis. Glia. Pſ. cxx.

Leuaui oculos meos in mõtes: unde
veniet auxiliũ mihi. Auxiliũ meũ a
dño: q̇ fecit celũ ⁊ terrã. Non det in cõmo
tionẽ pedez tuũ: neq̃z dormitet q̇ cuſtodit
te. Ecce nõ dormitabit neq̃z dormiet: qui
cuſtodit iſrl̃. Dñs cuſtodit te dñs ꝓtectio
tua: ſup manũ dexteram tuã. Per diem
ſol non vret te: neq̃z luna ꝑ noctẽ. Dñs cu
ſtodit te ab om̃i malo: cuſtodiat aïam tuã
dñs. Dñs cuſtodiat introitũ tuũ et exitũ
tuũ: ex hoc nũc ⁊ vſq̃z in ſeculum. Gloria.

Ps. cxvij iij.

Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ i
ſeculũ miſcdia eius. Dicat nũc iſrl'
qm̃ bonus: qm̃ i ſclm miſcdia eiuſ
Dicat nũc domus aaron: qm̃ in ſeculũ mi
ſericordia ei⁹. Dicat nũc q̇ timẽt dñm: qm̃
in ſclm miſcdia eius Detribulatõe inuoca
ui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs.
Dñs mihi adiutor: non timebo q̇d faciat
mihi homo. Dñs mihi adiutor: ⁊ ego de-
ſpiciã inimicos meos Bonũ eſt ↄfidere in
dño: q̃ ↄfidere in hoie Bonũ eſt ſperare i
dño: q̃ ſperare in pͥcipibus Oẽs gẽtes
circuierũt me: ⁊ in noie dñi q: ultus ſum in
eos. Circundãtes circundederũt me: ⁊ in
noie dñi q: ultus ſum in eos. Circũdede
rũt me ſicut apes. ⁊ exarſerũt ſicut ignis in
ſpinis: ⁊ in noie dñi quia ultus ſum in eos
Impulſus euerſus ſum ut caderem: ⁊ do
minus ſuſcepit me Fortitudo mea ⁊ lauſ

mea dn̄s:⁊ factus eſt mihi in ſalutē. Uox
exultatōis ⁊ ſalutis: in tabernaculis iuſto
rū. Dextera dn̄i fecit virtutē: dextera dn̄i
exaltauit me: dextera dn̄i fecit virtutē Nō
moriar ſed viuā: ⁊ narrabo opa dn̄i. Ca
ſtigās caſtigauit me dn̄s: ⁊ morti nō tradi
dit me. Aperite mihi portas iuſticie. igreſ
ſus in eas cōfitebor dn̄o: hec porta dn̄i iu-
ſti intrabūt in eā. Confitebor tibi qm̄ ex-
audiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutē. La
pidē quē reprobauerūt edificantes: hic fa-
ctus eſt in caput anguli. A dn̄o factuz eſt
iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Hec
ē dies quā fecit dn̄s: exultemus ⁊ letemur
in ea. O dn̄e ſaluū me fac. o dn̄e bene pro
ſperare: benedictus qui venit in noīe dn̄i.
Benediximus vobis de domo dn̄i: deus
dn̄s ⁊ illuxit nobis Cōſtituite diem ſolen
nē in condenſis: vſqz ad cornu altaris De
us meus es tu ⁊ cōfitebor tibi: deus meus
es tu ⁊ exaltabo te Confitebor tibi qm̄ ex
audiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutē. Cō

fitemini dñō qm̃ bonus: qm̃ in ſeculū mi-
ſericoꝛdia eius. Glia. Ps. cxviij. Aleph.
Beati imaculati in via: q̃ ambulāt in le
ge dñi. Beati q̃ ſcrutant̃ teſtimonia e-
ius: in toto coꝛde exquirūt eū. Non eñi q̃
operant̃ iniquitatē: in vijs eius ambula-
uerūt. Tu mādaſti: mādata tua cuſtodi-
re nimis. Utinā dirigant̃ vie mee: ad cu-
ſtodiendas iuſtificatiōes tuas. Tunc nō
ꝯfundar: cū pſpexero in oībus mandatis
tuis. Confiteboꝛ tibi in directiōe coꝛdis:
in eo ꝙ didici iudicia iuſtitie tue. Iuſtifica
tiones tuas cuſtodiā: nō me derelinq̃s vſ-
In q̊ coꝛrigit adoleſcē Beth. qꝫquaqꝫ.
tioꝛ viam ſuā: in cuſtodiendo ſermōes
tuos. In toto coꝛde meo exquiſiui te: ne
repellas me a mādatis tuis. In coꝛde me
o abſcōdi eloquia tua: vt nō peccē tibi. Be
nedictus es dñe: doce me iuſtificatiōes tu-
as. In labijs meis: pnunciaui oīa iudicia
oꝛis tui. In via teſtimonioꝝ tuoꝝ delecta
tus ſū: ſicut in oībus diuitijs In mādatiſ

tuis exercebor: ⁊ ꝯſiderabo vias tuas In
iuſtificationibꝰ tuis meditabor: non obli
Retribue Gymel. uiſcar ſermões tuos
ſeruo tuo viuifica me: ⁊ cuſtodiã ſermo
nes tuos. Reuela oc̄los meos: ⁊ ꝯſidera-
bo mirabilia de lege tua Incola ego ſũ in
terra: nõ abſcõdas a me mãdata tua Cõ
cupiuit aīa mea deſiderare iuſtificatiões
tuas: in omī tpe Increpaſti ſupbos: male
dicti q̇ declinant a mãdatis tuis. Aufer a
me oppbriũ ⁊ ꝯtemptũ: q: teſtimonia tua
exq̇ſiui. Etem ſederũt pṛcipes ⁊ aduerſũ
me loquebant̄: ſeruus aũt tuus exercebať
ĩ iuſticatiõibꝰ tuis. Nã ⁊ teſtimõia tua me
ditatio mea ē: ⁊ ꝯſiliũ meũ iuſtificatões tue
Adheſit pauimẽto aīa mea: vi Deleth.
uifica me ſcdm ꝟbũ tuũ. Vias meas
enũciaui ⁊ exaudiſti me: doce me iuſtificati
ones tuas Viã iuſtificationũ tuaꝝ iſtrue
me: ⁊ exercebor ĩ mirabilibꝰ tuiſ Dormita
uit aīa mea p̄ tedio: ꝯfirma me in ꝟbis tu
is Viã iniq̇tatis amoue a me: ⁊ d̄ lege tua

miſerere mei. Uiaꝫ veritatis elegi: iudicia
tua nō ſū oblitus. Adheſi teſtimonijs tu
is dn̄e: noli me ꝯfundere. Uiā mādatoꝝ
tuoꝝ cucurri: cū dilataſti cor meū. Glia.

LEgē pone mihi dn̄e vi Ad tertiam
am iuſtificationū tuaꝝ: et exquirā
eam ſemꝑ. Da mihi intellectū ⁊ ſcru
tabor legē tuā: ⁊ cuſtodiā illam in toto cor
de meo. Deduc me in ſemita mandatoꝝ
tuoꝝ: q2 ipſam volui. Inclina cor meū in
teſtimonia tua: et nō in auariciā. Auerte
ocl'os meos ne videāt vanitatē: in via tua
viuifica me. Statue ſeruo tuo eloquiū tu
um: in timore tuo. Amputa oppꝛobrium
meū qd̄ ſuſpicatus ſū: q2 iudicia tua iocun
da. Ecce cōcupiui mādata tua: in equita-
ET veniat ſu Vau. te tua viuifica me.
per me miſcdia tua dn̄e: ſalutare tuū
ſcd̄m eloquiū tuū. Et reſpōdebo expꝛbrā

cibus mihi verbū: qꝛ ſperaui i ſermonibꝰ
tuis. Et ne auferas de oꝛe meo verbū ve-
ritatis vſqꝫquaqꝫ: qꝛ in iudicijs tuis ſupꝑ
ſperaui. Et cuſtodiā legē tuā ſempꝑ: in ſecu
lum ⁊ in ſeculū ſeculi. Et ambulabā in la-
titudine: qꝛ mādata tua exquiſiui. Et lo-
quebar in teſtimonijs tuis in cōſpectu re-
gū: ⁊ nō ꝯfundebar. Et meditabar in mā
datis tuis: q̄ dilexi. Et leuaui manus me
as ad mādata tua q̄ dilexi: et exercebor in
Memor eſto Zay. iuſtificatiōibus tuis
verbi tui ſeruo tuo: in q̊ mihi ſpem de-
diſti. Hec me ꝯſolata eſt i humilitate mea:
qꝛ eloquiū tuū viuificauit me. Supbi ini-
que agebāt vſqꝫquaqꝫ: a lege aūt tua nō
declinaui. Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſe-
culo dn̄e: ⁊ ꝯſolatus ſum. Defectio tenuit
me: ꝑ pctōꝛibus derelinquētibus legē tuā
Cātabiles mihi erāt iuſtificatiōes tue: in
loco peregrinatōis mee. Memor fui nocte
nōis tui dn̄e: et cuſtodiui legē tuā. Hec fa-
cta ē mihi: qꝛ iuſtificatiōes tuas exquiſiui.

## Ad tertiam.

Portio mea dñe: dixi cuſtodire Heth.
legē tuā. Deprecatus ſuz faciētuā in to
to corde meo: miſerere mei ſcdm eloquiū
tuū Cogitaui vias meas: ⁊ cōuerti pedeſ
meos in teſtimonia tua Paratus ſū ⁊ nō
ſū turbatus: vt cuſtodiā mādata tua Fu
nes pctōꝝ circūplexi ſunt me: ⁊ legē tuā nō
ſū oblitus. Media nocte ſurgebā ad cōfi-
tendū tibi: ſuper iudicia iuſtificatiōis tue.
Particeps ego ſum oim timentiū te: ⁊ cu
ſtodientiū mādata tua. Miſcdia tua dñe
plena ē terra: iuſtificatiōes tuas doce me.
Bonitatē feciſti cū ſeruo tuo dñe: Teth
ſcdm verbū tuū Bonitatē ⁊ diſciplinā
et ſcientiā doce me: q2 mandatis tuis credi
di. Priuſq̄ humiliarer ego deliqui: prop
terea eloquiū tuū cuſtodiui Bonus es tu:
et in bonitate tua doce me iuſtificationes
tuas. Multiplicata eſt ſup me iniq̄tas ſup
boꝝ: ego aūt in toto corde ſcrutabor man
data tua. Coagulatū eſt ſicut lac corꝫ eoꝝ:
ego vero legē tuā meditatus ſum. Bonū

mihi qꝛ humiliaſti me: vt diſcā iuſtificatio
nes tuas. Bonū mihi lex oris tui: ſup mi-
Manus tue fece Ioth. lia auri ⁊ argēti.
rūt me ⁊ plaſmauerūt me: da mihi in-
tellectū vt diſcā mādata tua Qui timēt te
videbūt me ⁊ letabunt: qꝛ ī verba tua ſup
ſperaui. Cognoui dn̄e qꝛ equitas iudicia
tua: ⁊ in veritate tua humiliaſti me. Fiat
miſcdia tua vt ꝯſolet me: ſcd̄z eloquiū tuū
ſeruo tuo. Veniāt mihi miſeratiōes tue ⁊
viuā: qꝛ lex tua meditatio mea ē Confun
dant ſupbi qꝛ iniuſte iniq̄tatē fecerūt ī me:
ego aūt exerceboꝛ ī mādatis tuis. Conuer
tant mihi timētes te: ⁊ q̄ nouerūt teſtimōia
tua. Fiat coꝛ meū īmaculatū in iuſtificati
onibꝰ tuis: vt nō ꝯfundar Gl̄a. Ad ſextā

Defecit in ſalutare tuū ani Caph.
ma mea: ⁊ i verbū tuū ſupſperaui
Defecerūt oculi mei in eloquium

tuū: dicētes quādo ꝯſolaberis me. Quia
factus ſū ſicut uter in pruina: iuſtificatōes
tuas nō ſū oblitus. Quot ſunt dies ſerui
tui: qn̄ facies de ꝑſequentibus me iudiciū
Narrauerūt mihi iniqui fabulatōes: ſed
nō vt lex tua. Omia mādata tua veritas:
iniqui ꝑſecuti ſunt me adiuua me. Paulo
minus ꝯſummauerūt me in terra: ego aūt
nō dereliqui mandata tua. Scđm miſeri
cordiā tuā viuifica me: et cuſtodiā teſtimo
nia oris tui. In eternū dn̄e: ꝟbū tuū ꝑma
net i celo. In generatiōe ꝛ generationē ve
ritas tua: fundaſti terrā ꝛ ꝑmanet. Ordi
natiōe tua ꝑſeuerāt dies: qm̄ oia ſeruiunt
tibi. Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tūc
forte periſſem in hūilitate mea. In eternū
nō obliuiſcar iuſtificatōes tuas: qꝛ in ipſis
viuificaſti me Tuus ſū ego ſaluū me fac:
qm̄ iuſtificatiōes tuas exquiſiui Me expe
ctauerūt pctōres vt perderent me: teſtimo
nia tua intellexi. Omnis cōſummatiōis
vidi finē: latū mandatū tuū nimis. Gła.

Quomodo dilexi legē tuā dn̄e: Mem
tota die meditatio mea eſt. Sup ini
micos meos prudentē me feciſti mādato
tuo: q2 ineternū mihi eſt. Sup oēs docen-
tes me intellexi: q2 teſtimonia tua medita
tio mea ē. Sup ſenes intellexi: q2 mādata
tua queſiui. Ab om̄i via mala ꝓhibui pe
des meos: vt cuſtodiā verba tua. A iudi-
cijs tuis nō declinaui: q2 tu legem poſuiſti
mihi. Quā dulcia faucibus meis eloquia
tua: ſup mel ori meo. A mādatis tuis itel
lexi: ꝓpterea odiui oēm viā iniq̄tatis. Nun
Lucerna pedibus meis verbū tuū: ⁊ lu
men ſemitis meis. Iuraui ⁊ ſtatui: cu
ſtodire iudicia iuſticie tue. Humiliatus ſū
vſq3quaq3: dn̄e viuifica me ſcd̄m ꝟbū tuū
Volūtaria oris mei beneplacita fac dn̄e:
et iudicia tua doce me. Aīa mea in mani
bus meis ſemp: ⁊ legē tuā nō ſum oblitus
Poſuerūt pctōres laqueū mihi: ⁊ de man
datis tuis non erraui. Hereditate acq̄ſiui
teſtimonia tua ineternū: q2 exultatio cor-

dis mei ſunt. Inclinaui cor meū ad faciē
das iuſtificationes tuas ineternū: ꝓpter re
Iniquos odio Samech. (tributionē.
habui: ⁊ legem tuā dilexi Adiutor ⁊ ſu
ſceptor meus es tu: ⁊ in verbū tuū ſupſpe
raui Declinate a me maligni: ⁊ ſcrutabor
mādata dei mei. Suſcipe me ſcd'z eloquiū
tuū ⁊ viuā: et nō ↄfundas me ab expectati
one mea Adiuua me ⁊ ſaluus ero: ⁊ medi
tabor in iuſtificatiōibus tuis ſemꝑ. Spre
uiſti oēs diſcedentes a iuſticijs tuis: qꝛ in
iuſta cogitatio eoꝝ. Preuaricātes repu
taui oēs pctōres terre: ideo dilexi teſtimo
nia tua. Confige timore tuo carnes me
as: a iudicijs enī tuis timui. Ayn.
Feci iudiciū ⁊ iuſticiā: nō tradas me ca
lumniātibus me Suſcipe ſeruū tuū in bo
nū: nō calumnient me ſupbi Oculi mei de
fecerūt in ſalutare tuū: ⁊ in eloquiū iuſticie
tue Fac cū ſeruo tuo ſcd'm miſcdiam tuā:
⁊ iuſtificatiōes tuas doce me. Seruus tu
us ſū ego: da mihi intellectū vt ſciam teſti

monia tua. Tempus faciēdi dñe: diſſipa
uerūt legē tuā. Ideo dilexi mādata tua:
ſup aurū et thopazion. Propterea ad oīa
mādata tua dirigebar: omnē viā iniquā
odio habui. Glia. Ad nonā Antiphō.

Phe.

Mirabilia teſtimōia tua dñe: ideo
ſcrutata eſt ea aīa mea. Declara
tio ſermonū tuorū illuminat: ꝛ in
tellectū dat paruulis. Os meū aperui ꝛ at
traxi ſpiritū: qꝛ mandata tua deſiderabā
Aſpice in me ꝛ miſerere mei: ſcd̄m iudiciū
diligētiū nomē tuū. Greſſus meos dirige
ſcd̄z eloquiū tuū: ꝛ nō dominet̄ mei oīs in
iuſticia. Redime me a calumnijs hoīm: vt
cuſtodiā mādata tua. Faciē tuā illumina
ſup ſeruū tuū: ꝛ doce me iuſtificationes tu
as. Exitus aquarū deduxerūt ocl'i mei: qꝛ
non cuſtodierunt legem tuā. Sade.
Juſtus es dñe: et rectū iudicium tuum.

## Ad Nonam.

Mandaſti iuſticiā teſtimonia tua: ⁊ verita
tē tuā nimis. Tabeſcere me fecit zelus me
us: qꝛ obliti ſūt verba tua inimici mei Ig
nitū eloquiū tuū vehementer: ⁊ ſeruus tu
us dilexit illud Adoleſcētulus ſū ego ⁊ cō
tēptus: iuſtificatiōes tuas nō ſuȝ oblitus.
Iuſticia tua iuſticia ineternū: ⁊ lex tua ve-
ritas. Tribulatio ⁊ anguſtia inuenerunt
me: mādata tua meditatio mea ē. Equi-
tas teſtimonia tua ineternū: intellectū da
mihi ⁊ viuā.
Clamaui in toto Coph.
corde exaudi me dn̄e: iuſtificatiōes tu
as requirā. Clamaui ad te ſaluū me fac:
vt cuſtodiā mādata tua. Preueni ī matu
ritate ⁊ clamaui: qꝛ in verba tua ſupſpera
ui. Preuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt
meditarer eloq̄a tua Vocē meā audi ſcd̄ȝ
miſc̄diam tuā dn̄e: ⁊ ſcd̄m iudiciū tuū viui
fica me. Appropinquerūt pſequētes iniq̄-
tati: a lege aūt tua longe facti ſūt. Prope
eſto dn̄e: ⁊ oēs vie tue veritas. Initio cog-
noui de teſtimonijs tuis: qꝛ ineternū fun-

Vjde humilitatē meā ⁊ Res. (daſti ea.
eripe me: qꝛ legē tuā nō ſū oblitus Iu
dica iudicium meū ⁊ redime me: ꝓpter elo
quiū tuū viuifica me Longe a pctōꝛibus
ſalus: qꝛ iuſtificatiōes tuas nō exquiſiert̄.
Miſcdie tue multe dn̄e: ſcdm iudiciū tuū
viuifica me. Multi ꝗ pſequunt̄ me ⁊ tribu
lant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.
Vidi p̄uaricātes ⁊ tabeſcebā: qꝛ eloq̇a tua
nō cuſtodierūt. Vide qm̄ mādata tua di-
lexi dn̄e: in miſcdia tua viuifica me. Prin
cipiū ꝟboꝝ tuoꝝ veritas: in eternū oīa iu
Principes pſecu Sin. dicia iuſticie tue.
ti ſunt me gratis: ⁊ a ꝟbis tuis foꝛmi-
dauit coꝛ meū. Letaboꝛ ego ſup eloquia
tua: ſicut q̇ inuenit ſpolia multa. Iniq̇ta
tē odio habui ⁊ abhominatus ſū: legē aūt
tuā dilexi. Septies in die laudeꝫ dixi tibi:
ſup iudicia iuſticie tue. Pax multa diligē-
tibus legē tuā: ⁊ nō eſt illis ſcandalū. Ex-
pectabā ſalutare tuū dn̄e: ⁊ mandata tua
dilexi Cuſtodiuit aīa mea teſtimōia tua:

et dilexit ea vehemēter. Seruaui mādata
tua ꝛ teſtimonia tua: qꝛ oēs vie mee in con
Appropinquet dep Thau. ſpectu tuo.
catio mea i ꝯſpectu tuo dñe: iuxta elo
quiū tuū da mihi intellectū. Intret poſtu
latio mea in ꝯſpectu tuo: ſcd̄m eloquium
tuū eripe me. Eructabūt labia mea hym
nū: cū docueris me iuſtificatōes tuas Pro
nūciabit lingua mea eloquiū tuū: qꝛ om-
nia mandata tua eq̄tas Fiat manus tua
vt ſaluet me: qm̄ mādata tua elegi. Con-
cupiui ſalutare tuū dñe: et lex tua medita-
tio mea eſt. Uiuet aīa mea ꝛ laudabit te: ꝛ
iudicia tua adiuuabūt me. Erraui ſicut
ouis q̄ periit: quere ſeruū tuū qꝛ mādata
tua nō ſū oblitꝰ. Glā. Feria tertia ad vſ.

Ps. cxxi.

LEtatus ſū in his q̄ dicta ſunt mihi:
in domū dñi ibimus. Stātes erāt
pedes noſtri: in atriis tuis ieruſalē

Jeruſalem q̄ edificatur ut civitas: cuius pti-
cipatio eius in idipſū. Illuc eñ aſcenderūt
tribus tribus dñi teſtimoniū iſrael: ad cō-
fitendū nomini dñi. Quia illic ſederūt ſe-
des i iudicio: ſedes ſup domū david. Ro
gate q̄ ad pacē ſunt ieruſalem: ꝛ abundan
tia diligētibus te. Fiat pax in ꝟtute tua:
et abūdantia in turribus tuis. Propter
fratres meos et ꝓximos meos: loquebar
pacē de te. Propter domū dñi dei noſtri:
queſivi bona tibi. Gloria. Ps. cxxi.

AD te levavi oculos meos: q̄ habitas i
celis. Ecce ſicut oculi ſervoꝝ: in mani-
bus dñoꝝ ſuoꝝ. Sicut oculi ancille in ma
nibus dñe ſue: ita ocl'i noſtri ad dñm deū
noſtrū. donec miſereatur noſtri. Miſerere
noſtri dñe miſerere noſtri: qꝛ multū reple-
ti ſumus deſpectione. Quia multū reple-
ta eſt anima noſtra: oppꝛobꝛium abūdan

tibus ⁊ deſpectio ſupbis. G ať. Pſ. cxxiij.

NIſi q2 dñs erat i nob: dicat nūc iſrael. niſi q2 dñs erat in nob. Cū exurgerēt hoies in nos: forte viuos deglutiſſent noſ Cum iraſcerer̃ furor eoꝝ in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet noſ Torrentē ptranſiuit aia noſtra: forſitan ptranſiſſet aia nr̃a aquā intolerabilem. Benedictus dñs: q̇ nō dedit nos in captionem dentibus eoꝝ Ania nr̃a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū: laqueus cōtritus eſt. et nos liberati ſumus Adiutoriū noſtꝝ in noie dñi: qui fecit celum ⁊ terrā. G lia. Pſ. cxxiiij.

QVi confidūt in dño ſicut mōs ſyon: nō cōmouebit̃ in eternū q̇ habitat in ihrl'm. Mōtes in circuitu eius. ⁊ dñs in cir

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00192

cuitu populi ſui: ex hoc nūc ⁊ vſq; in ſeculū.
Quia non relinquet dñs virgā peccatoꝝ
ſup ſortē iuſtoꝝ: vt nō extendāt iuſti ad ini
quitatē manus ſuas. Benefac dñe: bonis
⁊ rectis corde. Declinātes aūt in obligatio
nes adducet dñs cū operātibus iniquita-
tem: pax ſuper iſrahel. Glia. Ps. cxxv.

In cōuertendo dñs captiuitatē ſyon: fa
cti ſumus ſicut ꝯſolati. Tūc repletū eſt
gaudio os noſtrū: ⁊ lingua noſtra exulta
tione. Tūc dicēt inter gētes: magnificauit
dñs facere cū eis. Magnificauit dñs face-
re nobiſcū: facti ſumus letātes. Cōuerte
dñe captiuitatē noſtrā: ſicut torrens in au
ſtro. Qui ſemināt in lacrimis: in exultati-
one metent. Euntes ibāt ⁊ flebāt: mitten
tes ſemia ſua. Venientes aūt veniēt cū ex
ultatiōe: portātes manipulos ſuos. Glia.
Feria quarta ad veſperas.

Niſi dn̄s edificauerit do Ps̄. cxxvi
mū: inuanū laborauerūt q̇ edificāt
eā. Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē:
fruſtra vigilat q̇ cuſtodit eam. Vanū eſt
vobiſ ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̄ſe
deritis q̇ manducatis panē doloris. Cū
dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce heredi-
tas dn̄i filij merces fructus ventris. Sicut
ſagitte in manu potentis: ita filij excuſſor.
Beatus vir q̇ impleuit deſideriū ſuum ex
ipſis: non confūdet cū loquetur inimicis
ſuis in porta. Gloria patri. Ps̄. cxxvij.

Beati oēs q̇ timent dn̄m: q̇ ambulāt in
vijs eius. Labores manuū tuarū q̄r
manducabis: beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua ſicut vitis abundās: in laterib⁹

(c) HAB http://diglib.hab.de/drucke/s-363-4f-helmst/start.htm?image=00194

domus tue. Filij tui ſicut nouelle oliuaꝝ:
in circuitu mēſe tue. Ecce ſic benedicet̄ ho-
mo: q̇ timet dn̄m. Benedicat tibi dn̄s ex
ſyon. ⁊ videas bona ieruſalē: om̄ibus die-
bus vite tue. Et videas filios filiorū tuo-
rū: pacem ſup iſrahel. Gl'ia. Ps. cxxviij.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute
mea: dicat nūc iſrael. Sepe expugna-
uerūt me a iuuentute mea: etenī nō potue-
rūt mihi. Supra dorſum meū fabricaue-
runt peccōres: plongauerūt iniquitatē ſuā
Dn̄s iuſtus cōcidet ceruices peccōꝝ: cōfun-
dant̄ ⁊ cōuertant̄ retrorſum oēs q̇ oderūt
ſyon. Fiant ſicut fenū tectorū: qđ priuſq̄
euellat̄ exaruit. De quo non implebit ma-
nū ſuam q̇ metet: et ſinū ſuum q̇ manipu-
los colliget. Et nō dixerūt qui preteribāt.
benedictio dn̄i ſup vos: benediximus vo-
bis in nomine dn̄i. Gl'ia patri. Ps. cxxix.

DE pfundis clamaui ad te dñe: dñe ex
audi vocem meã. Fiant aures tue in
tendẽtes: in vocẽ depcationis mee. Si ini
qtates obſeruaueris dñe: dñe qs ſuſtine-
bit. Quia apud te ꝓpitiatio eſt: ꝛ ꝓpter legẽ
tuã ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aĩa mea in
verbo eius: ſperauit anĩa mea in dño. A
cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem: ſperet
iſrael in dño. Quia apud dñm miſcdia: ꝛ
copioſa apud eũ redemptio. Et ipſe redi
met iſrael: ex oĩbus iniqtatibꝰ eius. Gl'a.

DOmine nõ eſt exaltatũ cor Ps. cxxx.
meũ: neqꝫ elati ſunt oculi mei. Neqꝫ
ambulaui in magnis: neqꝫ ĩ mirabilibus
ſup me. Si nõ humiliter ſentiebã: ſed ex-
altaui animã meã. Sicut ablactatus ſup

matre ſua: ita retributio in aĩa mea. Spe
ret iſrael in dño: ex hoc nũc et uſqꝫ in ſecu-
lum. Glia. Feria quinta ad vſ. Fiñi.

Memento dñe dauid: ⁊ Pſ. cxxxi
oĩs mãſuetudinis eius Sicut iu
rauit dño: votũ vouit deo iacob
Si introiero in tabernaculũ domus mee:
ſi aſcendero in lectum ſtrati mei. Si dede-
ro ſomnũ oculis meis: et palpebꝛis meis
doꝛmitationẽ. Et requiẽ tẽpoꝛibus meis
donec inueniã locũ dño: tabernaculũ deo
iacob Ecce audiuimus eam in effrata: in
uenimus eã in cãpis ſilue. Introibimus
in tabernaculũ eius: adoꝛabimus in loco
vbi ſteterũt pedes eius. Surge dñe in re-
quiẽ tuã: tu ⁊ arca ſanctificatiõis tue. Sa-
cerdotes tui induant iuſticia: et ſancti tui
exultent. Propter dauid ſeruũ tuũ: nõ a
uertas faciez xp̃i tui. Iurauit dñs dauid

℟ veritatē. ⁊ nō fruſtrabit᷑ eū: de fructu ven-
tris tui ponā ſup ſedē tuā. Si cuſtodierint
filij tui teſtamentū meū: ⁊ teſtimonia mea
hec q̄ docebo eos. Et filij eoꝝ uſqꝫ in ſecu
lum: ſedebūt ſup ſedē tuā. Q̄m elegit dn̄s
ſyon: elegit eā in habitationē ſibi. Hec re-
quies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo
q̄m elegi eā. Viduā eius benedicēs bene-
dicā: pauperes eius ſaturabo panib᷒. Sa
cerdotes eius induā ſalutari: ⁊ ſancti eius
exultatiōe exultabūt. Illuc ꝓducā cornu
dauid: paraui lucernā xp̄o meo. Inimicos
eius induā cōfuſione: ſup ipſum aūt efflo
rebit ſanctificatio mea. Glia. Ps. cxxxij.

Ecce q̄ bonum et q̄ iocundū: habitare
fratres in unū. Sicut ungentū in capi
te: qd̄ deſcendit in barbam barbā aaron.
Quod deſcendit in orā veſtimenti eius: ſi
cut ros hermō q̄ deſcendit in montē ſyon

Qm̄ illic mandauit dn̄s benedictionē: et vitā vſqꝫ in ſeculum. Glia. Pſ. cxxxiij.

,

Ecce nunc benedicite dn̄o: omnes ſerui domini Qui ſtatis in domo dn̄i: i atriis domus dei noſtri. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: et benedicite dn̄o. Benedicat te dn̄s ex ſyon: q̇ fecit celum et terram. Gloria. Pſ. cxxxiiij.

Laudate nomen dn̄i: laudate ſerui dominū. Qui ſtatis in domo dn̄i: in atriis domus dei noſtri. Laudate dn̄m qꝛ bonus dn̄s: pſallite nomī eius qm̄ ſuaue eſt. Qm̄ iacob elegit ſibi dn̄s: iſrael in poſſeſſionē ſibi. Quia ego cognoui ꝙ magnus ē dn̄s: ⁊ deus noſter p̄ om̄ibus dijs. Om̄ia quecūqꝫ voluit dn̄s fecit in celo et in terra:

in mari ꝛ in oībus abyſſis. E ducēs nubeſ
ab extremo terre: fulgura in pluuiā fecit.
Q ui ꝑducit vētos de theſauris ſuis: q̄ per
cuſſit primogenita egipti ab hoīe vſqꝫ ad
pecus. E miſit ſigna ꝛ ꝓdigia i medio tui
egypte: in pharonē ꝛ in oēs ſeruos eius
Q ui ꝑcuſſit gētes multas: ꝛ occidit reges
fortes. S eon regē amorreoꝝ ꝛ og regē ba
ſan: ꝛ oīa regna chanaan. E t dedit terrā
eoꝝ hereditatē: hereditatē iſrael ꝑplo ſuo.
D ñe nomē tuū in eternū: dñe memoriale
tuū in generatiōe ꝛ generationē. Q uia iu
dicabit dñs populū ſuū: ꝛ in ſeruis ſuis de
ꝑcabit. S imulacra gentiū argentū et au-
rū: opa manuū hoim. O s habent ꝛ nō lo
quent: oculos habēt ꝛ nō videbūt. A ures
habēt ꝛ nō audiēt: neqꝫ eīm ē ſpūs in ore ip
ſoꝝ. S imiles illis fiant q̄ faciūt ea: ꝛ oēs q̄
ꝯfidūt in eis. D omus iſrael bñdicite dño:
domus aaron benedicite dño. D omus le
ui benedicite dño: q̄ timetis dñm benedici
te dño. B enedictus dñs ex ſyon: qui ha-

bitat in iheruſalem. Gloria. Ps. cxxxv.

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in e-
ternū miſcdia eius. Confitemini deo
deoꝝ: qm̄ in eternū miſcdia eius Confite
mini dño dñoꝝ: qm̄. Qui facit mirabilia
magna ſolus: qm̄. Qui fecit celos in intel
lectu: qm̄. Qui firmauit terrā ſup aquas:
qm̄. Qui fecit luminaria magna: qm̄ So
lem in poteſtatē diei: qm̄. Lunā et ſtellas
in poteſtatē noctis: qm̄. Qui percuſſit egy
ptū cū primogenitis eoꝝ: qm̄ Qui eduxit
iſrael de medio eoꝝ: qm̄. In manu potēti
ꝛ brachio excelſo: qm̄ Qui diuiſit mare ru
brū in diuiſiōes: qm̄. Et eduxit iſrael per
mediū eius: qm̄. Et excuſſit pharaonē et
virtutē eius in mari rubro: qm̄. Qui tra-
duxit populū ſuū ꝑ deſertū: qm̄. Qui per
cuſſit reges magnos: qm̄ i. Et occidit re
ges fortes: qm̄. Seon regem amorreoꝝ:

qm̄. Et og regē baſan: qm̄. Et dedit ter-
rā eoꝝ hereditatē: qm̄ Hereditatē iſrl̄ ſer-
uo ſuo: qm̄ Quia in hūilitate nr̄a memoꝛ
fuit noſtri: qm̄. Et redimit nos ab inimi-
cis noſtris: qm̄. Qui dat eſcam om̄i carni:
qm̄. Cōfitemini dō celi: qm̄. Cōfitemini
dn̄o dn̄oꝝ: qm̄ in eternū miſe̅dia ei⁹ Gl̄a.

Super flumina babilonis Ps̄. cxxxvj.
illic ſedimus ⁊ fleuimus: dū recoꝛdare
mur ſyon. In ſalicibus in medio eius: ſu-
ſpendimus oꝛgana noſtra. Quia illic in-
terrogauerūt nos q̄ captiuos duxerūt nos:
verba cantionū. Et qui abduxerūt nos:
ymnū cantate nobis de cāticis ſyon Quo
modo cātabimus canticū dn̄i: i terra alie
na. Si oblitus fuero tui ieruſalem: obliui
oni detur dextera mea. Adhereat lingua
mea faucibus meis: ſi non meminero tui
Si nō ꝑpoſuero iheruſalem: in principio

leticie mee. Memor eſto dñe filioꝝ edom:
in die ieruſalem. Qui dicũt exinanite: exi-
nanite vſqꝫ ad fundamẽtũ in ea. Filia ba-
bilonis miſera: beatus ꝙ retribuet tibi re-
tributionẽ tuã quã retribuiſti nobis. Be-
atus qui tenebit: et allidet paruulos ſuos
ad petrã. Gloria. Feria ſexta ad vſ̃.

Confitebor tibi dñe in Pſ. cxxxvij
toto corde meo: qm̃ audiſti verba
oris mei. In ꝯſpectu angeloꝝ pſal
lam tibi. adorabo ad templũ ſanctũ tuũ:
et ꝯfitebor noĩ tuo. Sup miſcdia tua ⁊ ve-
ritate tua: qm̃ magnificaſti ſup omne no-
mẽ ſanctũ tuũ. In q̃cunqꝫ die inuocauero
te exaudi me: mltiplicabis in aĩa mea vir-
tutẽ. Confiteant̃ tibi dñe oẽs reges terre:
ꝗ audierũt oĩa verba oris tui. Et cãtent
in vijs dñi: qm̃ magna eſt gloria dñi. Qm̃
excelſus dominꝰ ⁊ humilia reſpicit: ⁊ alta a

longe cognoſcit. Si ambulauero ĩ medio
℟ tribulationis viuificabis me. ⁊ ſup irã ini-
micoꝝ meoꝝ extendiſti manũ tuã: ⁊ ſaluũ
℣ me fecit dextera tua. Dñs retribuet ꝓ me.
Dñe miſcdia tua in ſeculuꝫ: opera manuũ
tuaꝝ ne deſpicias. Gloria. Pſ. cxxxviii.

Domine ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu
cognouiſti ſeſſionẽ meã ⁊ reſurrectio-
nem meã. Intellexiſti cogitatiões meas
de longe: ſemitã meã ⁊ funiculum meũ in
ueſtigaſti. Et omes vias meas preuidiſti:
quia nõ eſt ſermo ĩ lingua mea. Ecce dñe
tu cognouiſti oĩa nouiſſima ⁊ antiqua:
tu formaſti me ⁊ poſuiſti ſup me manũ tu
am. Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me:
confortata eſt et nõ potero ad eam. Quo
ibo a ſpiritu tuo: et q̃ a facie tua fugiã. Si
aſcendero in celum tu illic es: ſi deſcendero
ad infernũ ades. Si ſũpſero pẽnas meas

diluculo: ⁊ habitauero in extremis maris
E tenĩ illuc manus tua deducet me: et te-
nebit me dextera tua. E t dixi forſitã tene
bꝛe cõculcabũt me: ⁊ nox illuminatio mea
in delicijs meis Q uia tenebꝛe nõ obſcura
bunt̃ a te. ⁊ nox ſicut dies illuminabitur: ſi
cut tenebꝛe eius ita ⁊ lumen eius. Q uia tu
poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vte
ro matris mee. C õfitebor tibi qꝛ terribili
ter magnificatus es. mirabilia opa tua: ⁊
aĩa mea cognoſcet nimis. N õ eſt occulta-
tũ os meũ a te qď feciſti in occulto: ⁊ ſubſtã
tia mea in inferioꝛibus terre I mpfectum
meũ viderũt oculi tui. ⁊ i libro tuo oẽs ſcri
bent̃: dies formabunt̃ ⁊ nemo in eis M ihi
aũt nimis honorificati ſunt amici tui deꝰ:
nimis ꝯfortatus eſt pꝛicipatus eoꝝ D inu
merabo eos ⁊ ſup harenã mltiplicabunt̃:
exurrexi ⁊ adhuc ſum tecũ S i occideris de
us pctõres: viri ſanguinũ declinate a me.
Q uia dicitis in cogitatiõe: accipiãt in va-
nitate ciuitates ſuas. N onne q̃ oderũt te

dn̄e oderã: ⁊ ſup inimicos tuos tabeſcebã. Perfecto odio oderam illos: inimici facti ſũt mihi. Proba me deus ⁊ ſcito cor meũ: interroga me et cognoſce ſemitas meas. Et vide ſi via iniq̄tatis in me eſt: et deduc me in via eterna. Gl'ia. Ps. cxxxix

Eripe me dn̄e ab hoie malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerũt iniq̄tates i corde: tota die ↄſtituebãt prelia. Acuerũt linguas ſuas ſicut ſerpẽtes: venenũ aſpidũ ſub labijs eoꝝ. Cuſtodi me dn̄e de manu pctõris: ⁊ ab hoibus iniquis eripe me. Qui cogitauerũt ſupplantare greſſus meos: abſcõderũt ſupbi laqueũ mihi. Et funes extenderũt in laqueũ: iuxta iter ſcãdalũ poſuerũt mihi. Dixi dn̄o deus meus es tu: exaudi dn̄e vocem depcationis mee. Dn̄e dn̄e virtus ſalutis mee: obumbraſti ſup caput meũ in die belli. Nõ tradas me

dn̄e a deſiderio meo pctōri: cogitauerunt cōtra me. ne derelinquas me ne forte exaltent̄. Caput circuitus eoꝝ labor labiorū ipſoꝝ: operiet eos. Cadent ſup eos carbones. in ignē deijcies eos: in miſerijs nō ſubſiſtent. Vir linguoſus nō diriget̄ in terra: virū iniuſtū mala capiēt in interitu. Cognoui qꝛ faciet dn̄s iudiciū inopis: et vindictā pauperꝝ. Verūtn̄ iuſti cōfitebunt̄ noī tuo: ⁊ habitabūt recti cū vultu tuo. Glia.

Domine clamaui ad te exaudi Ps. cxl. me: itende voci mee cū clamauero ad te. Dirigat̄ orō mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo: eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſptinū. Pone dn̄e cuſtodiā ori meo: et oſtiū circūſtantie labijs meis. Nō declines cor meū in verba malicie: ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cū hoibus operātibus iniquitatē: et nō cōmunicabo

cū electis eoꝝ. Corripiet me iuſtus in miſericordia ꝛ increpabit me: oleū aūt pctōꝛis nō impinguet caput meū. Qm̄ adhuc ꝛ oratio mea in bn̄placitis eoꝝ: abſoꝛpti ſūt iūcti petre iudices eoꝝ. Audiēt ꝟba mea qm̄ potuerūt: ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſup terrā. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernū: qꝛ ad te dn̄e dn̄e oculi mei. in te ſperaui nō auferas animā meā. Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerūt mihi: et a ſcandalis operantiū iniq̄tatē. Cadent in retiaculo eius pctōꝛes: ſingulariter ſum ego donec tranſeam. Gloꝛia. Pſ. cxli.

Voce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad dn̄m depcatus ſū. Effundo in cōſpectu eius oꝛationē meā: et tribulationē meā ante ipſum pnūcio. In deficiendo ex me ſpiritū meū: ꝛ tu ꝯgnouiſti ſemitas meas. In via hac q̄ ambulabā: abſconderūt

laqueũ mihi. Cõſiderabã ad dexterã ⁊ vi
debã: ⁊ non erat q̄ cognoſceret me. Periijt
fuga a me: ⁊ nõ eſt q̄ requiret animã meã.
Clamaui ad te dñe: dixi tu es ſpes mea.
portio mea in terra viuentiũ. Intende ad
dep̄cationẽ meã: qꝛ humiliatus ſũ nimis
Libera me a pſequentibus me: qꝛ confor
tati ſunt ſup me. Educ de cuſtodia aĩam
meã. ad cõfitendũ nomini tuo: me expec-
tant iuſti donec retribuas mihi. Gloria.

Domine exaudi orationẽ me Ps. cxlij.
am. auribus percipe obſecrationẽ me
am: in veritate tua exaudi me in tua iuſti-
cia. Et nõ intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo:
quia nõ iuſtificabit͛ in ꝯſpectu tuo omnis
viuens. Quia pſecutus eſt inimicus aĩam
meã: humiliauit in terra vitã meã. Collo
cauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi:
⁊ anxiatus eſt ſup me ſpũs meus. ⁊ me tur

batū eſt coꝛ meū Memoꝛ fui dieꝝ antiqꝝ.
meditatus ſum ĩ oībus operibus tuis: in
factis manuū tuaꝝ meditabar. Expādi
manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſi
ne aqua tibi Velociter exaudi me dñe: de
fecit ſpūs meus Non auertas faciem tuā
a me: ⁊ ſimilis ero deſcendentibus in lacū
Auditam fac mihi mane miſcďiam tuā:
quia in te ſperaui Notā fac mihi viam in
qua ambulem: qꝛ ad te leuaui aīam meā.
Eripe me de inimicis meis dñe ad te con-
fugi: doce me facere voluntatē tuā qꝛ deꝰ
meus es tu. Spiritus tuus bonus dedu-
cet me in terrā rectā: ꝓpter nomen tuū dñe
viuificabis me in equitate tua. Educes de
tribulatione animā meā: ⁊ in miſcďia tua
diſperdes inimicos meos Et perdes oēs
ꝗ tribulant animaꝫ meā: qm̄ ego ſeruus
tuus ſum. Glīa. Sabbato ad veſperas.

Benedictus dñs deus Pſ. cxliij.
meus q̃ docet manuſ meas ad pre
liũ: ⁊ digitos meos ad bellũ. Miſe
ricordia mea ⁊ refugiũ meũ: ſuſceptor me
us ⁊ liberator meus Protector meus ⁊ in
ipſo ſperaui: qui ſubdis populũ meũ ſub
me. Dñe quid eſt homo q: innotuiſti ei:
aut filius hoïs quia reputas eum Homo
vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut
umbra p̃tereunt. Dñe inclina celos tuos ⁊
deſcende: tange mõtes ⁊ fumigabũt Ful
gura coruſcationẽ ⁊ diſſipabis eos: emitte
ſagittas tuas et cõturbabis eos. Emitte
manũ tuã de alto: eripe me et libera me de
aquis multis. ⁊ de manu filioꝝ alienorũ.
Quoꝝ os locutũ eſt vanitatem: ⁊ dextera
eoꝝ dextera iniq̃tatis Deus canticũ nouũ
cantabo tibi: in pſalterio decacordo pſal-
lam tibi. Qui das ſalutẽ regibus. q̃ rede-
miſti dauid ſeruũ tuũ: de gladio maligno
eripe me. Et erue me de manu filioꝝ alie
norũ. q̃ꝝ os locutũ eſt vanitatẽ: et dextera

eoꝝ dextera iniq̃tatis Quoꝝ filij ſicut no
uelle plantatiões: in iuuentute ſua. Filie
eoꝝ cõpoſite: circũornate vt ſimilitudo tē-
pli. Promptuaria eoꝝ plena: eructantia
ex h͛ in illud. Oues eoꝝ fetoſe abũdantes
in egreſſibus ſuis: boues eoꝝ craſſe Non
eſt ruina macerie neqꜫ tranſitus: neqꜫ cla-
mor i plateis eoꝝ. Beatũ dixerũt pplm̃ cui
hec ſũt: beatus pp̃ls cuius dñs ds ei᷒. Gl'a

Exaltabo te deus meus rex: Ps. cxliiij
et benedicã noĩ tuo in ſeculũ et in ſeculũ
ſeculi. Per ſingulos dies benedicã tibi: et
laudabo nomẽ tuũ in ſeculũ et in ſeculum
ſec̃li. Magnus dñs et laudabilis nimis: et
magnitudĩs eius nõ eſt finis. Generatio
et generatio laudabit opa tua: et potentiã
tuã pnũciabũt. Magnificẽtiã gl'ie ſãctita-
tis tue loquent̃: et mirabilia tua narrabũt
Et virtutẽ terribiliũ tuoꝝ dicẽt: et magni

tudinē tuā narrabūt. Memoriā abūdan-
tie ſuauitatis tue eructabūt: et iuſticia tua
exultabunt. Miſerator ꝛ miſericors dn̄s:
patiens ꝛ multū miſericors. Suauis dn̄s
vniuerſis: ꝛ miſeratiões eius ſup oia opa
eius. Confiteanť tibi dn̄e oia opera tua:
et ſancti tui benedicant tibi. Gloriā regni
tui dicent: ꝛ potentiā tuā loquenť. Ut no
tā faciāt filijs hoim potentiā tuā: ꝛ gloriā
magnificentie regni tui. Regnū tuū reg-
nū omniū ſeculoꝝ: ꝛ dn̄atio tua in om̄i ge
neratione ꝛ generationē. Fidelis dn̄s in
oibus verbis ſuis: ꝛ ſanctus in oibus ope
ribꝰ ſuis. Alleuat dn̄s oēs q̄ corruūt: ꝛ eri
git oēs elyſos. Oculi oīm in te ſperāt: ꝛ tu
das eſcā illoꝝ in tpe oportuno Aperis tu
manū tuā: ꝛ imples om̄e anial benedictio
ne. Iuſtus dn̄s in oibus vijs ſuis: et ſan-
ctus in om̄ibus operibus ſuis. Prope eſt
dn̄s om̄ibus inuocātibus eū: om̄ibus in-
uocantibus eū in veritate. Voluntatē ti-
mētiū ſe faciet, et depcationē eoꝝ exaudiet: ꝛ

et ſaluos faciet eos. Cuſtodit dñs oẽs diligẽtes ſe: ⁊ oẽs pctõres diſperdet. Laudationẽ dñi loquet̃ os meũ. ⁊ benedicat omnis caro nomini ſancto eius: in ſeculum et in ſeculum ſeculi. Gloria patri. Pſ. cxlv.

